

The city and citizens of Rochester

Charters relating to property in the city and suburbs,
c. 1120–1230

Rochester priory

1

Hugo son of Fulco, with the assent of his wife and sons, grants to the monks his land in Southgate which is next to their granary, for a rent of 12 pence.

De terra ubi pistrinum est (scribe D1)

Ego Hugo filius Fulconis assensu uxoris meae Emmae, et filiorum meorum Fulconis et aliorum, concessi deo et sancto Andreae et monachis eius terram meam de Sutgate quae est iuxta horreum eorum, solidam et quietam pro xii denariis unoquoque anno in festiuitate sancti Michaelis pro ipsa terra michi uel ministro meo repetenti reddendis. /a Testibus /b Heruiso archidiacono, /c et Albano et Warnerio monachis Cantuariensibus, et Hunfrido et Rodberto et Ricardo Rofensibus, et Osmundo et Letardo Ernulfi episcopi seruientibus, et Willelmo coco et Huberto nostris hominibus, et Gosfrido de Clouilla et Simone filio /d Aluffi, et multis aliis.

Original, DRc/T310/1; Privilegia, fo. 191v (main scribe); Domitian, fo. 135r–v (scribe D1); Hearne 1720, p. 183, from Bodl Gough Kent 1 (s. xvii), from Privilegia; Thorpe 1769, p. 531, from Domitian

/a Teste D /b Hereuiso D /c et cet' D, omitting the rest /d Alulfi P

Date: c. 1120

Endorsement: Carta Fulconis (sic) de Niweham de terra iuxta horreum (scribe V)

2

Fulco of Newnham remits to the monks the rent of 12 pence which they used to pay him for the land in Southgate enclosed by their wall, next to their vineyard, where their bakehouse is situated. He also grants them the land of Blecchemere, free of any rent.

Item de eadem (scribe D1)

Fulco de Niuueham, omnibus fidelibus dei, salutem. Sciatis me remisisse monachis sancti Andree apostoli Roffensis ecclesie in perpetuum duodecim denarios quos michi solebant reddere annuatim ad /a festiuitatem sancti Michaelis de terra de /b Sudgate que muro illorum inclusa est, iuxta uineam suam, ubi et pistrinum eorum positum est. Similiter terram de Blecchemere eis concessi et presenti scripto confirmaui, in perpetuam elemosinam, liberam ab omni seruicio. /c Teste magistro Radulfo Luxouiensi, Willelmo filio Petri Turci, Willelmo aurifabro, Eustachio filio Walchelini, et aliis pluribus.

Original, DRc/T310/2; Domitian, fo. 135v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 531, from Domitian

/a festum D /b Sutgate D /c so O : T' et c' D, omitting the rest

Date: probably c. 1150-60

Endorsements: Fulconis de Niueham de xii d' et de terra de Blechemere (s. xiii); Celer' (s. xiii)

Another charter of Fulco of Newnham's, granting Norton church to the monks of Rochester (Domitian, fo. 134r; Thorpe 1769, p. 507) was confirmed by archbishop Teodbald in 1150x61 (Saltman 1956, p. 452).

The place called Blecchemere was, we are told, in Burdifield (Boardfield TQ 9352); around 1220 it was held by Henric de Cobeham, for a rent of 10 shillings payable to the cellarer (Vespasian, fos. 95v, 98r).

3

Helias son of Hamo grants to the monks (1) all the land which was his father's and his in Crow Lane, with the house-sites belonging to that land, held from the manor of Borstal, saving the right of the bishop, (2) the land which was his father's and his held of the manor of Chatham, saving the right of the lord of the manor, and (3) the house-site which was his father's and his in Rochester, saving the right of the court of Frindsbury. The monks have made certain undertakings in return.

De terra Helye filii Hamonis Kenstani (scribe D1)

Notum omnibus tam posteris quam presentibus esse uolo, et hac carta mea confirmo, quod ego Helyas filius Hamonis concessi et dedi cum filio meo Alexandro, Roff' ecclesie et conuentui in perpetuam elemosinam, pro anima mea et pro animabus antecessorum meorum, totam terram que fuit patris mei et mea in /a Crawlane cum masagiis eidem terre pertinentibus de tenura de /b Borctalle, saluo ubique iure domni episcopi, et totam similiter terram que fuit patris mei et mea /c de tenura de /d Cetham, saluo iure domini fundi illius, pariter et masagium quod fuit patris mei et meum in Rouecestria, scilicet duas hages simul ubi mansit pater meus, saluo iure curie de Frenedesberia. Huius /e rei gratia monachi ipsius ecclesie, cum dei uocante gratia uitam meam mutare uoluerit: inter eos habitui monachili necessaria inuenientes diligenter me et honorifice suscipient. Et si forte alibi aliqua interueniente causa morte preoccupatus fuero: nomen meum inter nomina sua scribent, et pro me in anniuersario meo quantum pro monacho professo in missis, in psalmis, et in ceteris elemosinis facient. Et ex illa die qua hec carta conscripta est: pauperem unum annuatim in die /f absolutionis inter pauperes suos ad mandatum in perpetuum suscipient. Huius rei testes sunt, /g Willelmus filius Petri, Rodbertus filius Bund', Letardus portarius, Radulfus Grant, Stephanus cocus, Rodbertus Spicard, Ricardus Rage, Gaufridus pistor, Ernulfus Braceur, Roce, Ricardus Palmier, Herewordus Starchere, Hubertus, Raphael, Gaufridus Isori et multi alii.

Original, DRc/T302; Domitian, fol. 145r-v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 539, from Domitian

/a Crawlane D /b Borstalle D /c d D /d Chetham D
/e rei om. D /f absolulotionis D /g et cet' D, omitting
the rest

Date: probably c. 1160-70

Endorsements: Helye clerici (s. xii?); Roff'. / Carta Elye filii Hamonis de quadam terra in Crowelane (s. xiii/xiv)

4

Rodbert de Crevequer confirms to the monks two pieces of land called 'teches', granted to them by Helias son of Hamo with the assent of his father Daniel de Crevequer and his father's mother Roheis, situated between Eastgate and Saint Bartholomew's hospital, for a rent of 40 pence.

Confirmatio de terra Helye (scribe D1)

Omnibus sancte matris ecclesie filiis, Rodbertus de Creuequer salutem. Uniuersitati uestre notum esse uolo, me concessisse et presenti carta mea confirmasse, ecclesie sancti Andree apostoli de Rouec' et monachis ibidem deo seruiantibus, duas terras que uocantur teches de feudo meo, quas dedit illis Helyas filius Hamonis assensu patris mei Danielis de Creuequer et matris eius Roeis, que iacent inter Easgate et hospitale sancti Bartholomei ad aquilonalem partem uie regie, cum pasturis paruis adiacentibus que iacent inter easdem terras et aquam Medewaie. Has itaque terras concedo eis et confirmo possidendas cum omnibus pertinentiis suis libere et quiete, pro amore dei et anima mea et animabus antecessorum meorum, reddendo annuatim de eis terris xl denarios pro omni seruitio ad quatuor terminos, scilicet ad Pasca x d', ad festum sancti Iohannis x den', ad festum sancti Michaelis x d', ad Natale x d'. Huius confirmationis testes sunt, Ernisius canonicus, Ricardus filius Heltonis, /a ...

Domitian, fo. 145v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 540

/a et cetera

Date: c. 1190–1210

A similar charter in the name of Daniel de Crevequer (below, doc. 26) is unlikely to be genuine.

5

Rodbert de Crevequer grants to the monks two acres of land in Southgate, to which they have established their claim in his court of Chatham against Radulf son of Vivet, for a rent of 30 pence.

Confirmatio de terra que fuit Radulfi Uiueth (scribe D1)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Rodbertus de Creuequer salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod ego Rodbertus de Creuequer diuine pietatis intuitu concessi et presenti carta mea confirmaui, monachis ecclesie sancti Andree de Rouec', duas acras terre cum pertinentiis in suburbio ciuitatis Roff' aput Suthgate, quas dirationauerunt in curia mea de Chetham per breue domini regis contra Radulfum filium Uiuet. Et uolo quod prefati monachi habeant et teneant predictas duas acras cum pertinentiis de me et de successoribus meis bene et in pace, libere et quiete, sine molestia et exactione seculari,

reddendo annuatim curie mee de Cetham triginta denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus ad quatuor anni terminos, ad Natale domini vii den' et ob', ad Pasca vii d' et ob', ad festum sancti Iohannis vii d' et ob', ad festum sancti Michaelis vii den' et ob'. Et ut hec concessio mea perpetuam obtineat firmitatem: presentem cartam sigilli mei auctoritate roborare curavi. Pro hac autem concessione et confirmatione mea predicti monachi dederunt michi xl solidos in gersumam. Huius rei testes sunt, Gilebertus de Potun' senescallus, /a ...

Domitian, fo. 146r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 540

/a et cetera

Date: c. 1190–1210

The name uiuet is troublesome. Unless it was carefully written, it is difficult to decipher. Thorpe was inclined to read it as 'uniet'. In the rental I find it spelt 'Vyuet'; so I am fairly sure that 'uiuet' is right. But the etymology escapes me.

6

Ernulf of Chelsfield to Ascelin bishop of Rochester, Radulf the castellan, all the citizens of Rochester and the whole hundred of Shamel. Letting them know that he, his wife and his sons have allowed the gift made to the monks of Rochester by Ernulf of Strood when his son became a monk, namely the land called Pinindene and the land elsewhere called Godricesdune.

De terra de Pinindene in Frenesberia (scribe D1)

/a Domino Ascelino /b Rofensi episcopo, et Radulfo castellano, et omnibus ciuibus Roueestrie: totique /c hundred de Scamele, Ernulfus de /d Cialesfelda salutem. Notum uobis sit quod ego Ernulfus et Agnes uxor mea et Symon primogenitus et heres meus, et Helyas clericus, et Hugo miles filii mei, donationem quam Ernulfus de Strodes homo meus sancto Andree et monachis de Roueestria pro filio suo in ecclesia /e Rofensi ad monachatum suscepto dedit, partem scilicet terre sue, que /f Pinindene uocatur, et terram illam quam in suo dominico habebat in alio loco qui uocatur /g Godricesdune, liberam ab omni seruiicio et quietam eterno iure monachis eisdem possidendam concessimus. Quod si predictus Ernulfus uel aliquis heredum aut successorum eius a solito quod michi de feudo suo debet seruiicio defecerit: a reliqua quam de me tenet terra exigetur, elemosina autem ab omni exactione et querela et calumnia libera permaneat. Et hanc

quidem concessionem pro salute anime mee, et uxoris, et liberorum, et patris et matris mee, bono et deuoto animo feci, et signo sancte crucis + proprioque signaui sigillo. Cuius rei testes sunt /h Syuardus presbiter, Symon, Hugo, Elyas, filii Ernulfi, et Agnes uxor sua, Samson frater, Ricardus nepos domini, Adalulfus miles, Willelmus dapifer, Ernulfus dispensator, Haimo Brito, Ernulfus clericus, Rainaldus secretarius, Ricardus de Clouilla, Elfuinus Catere, /i Robertus filius Bunde, Godefridus nepos Goislani, Robertus cognatus Clementis monachi, et alii multi. Anno ab incarnatione domini m.c.xl.iii hec /j carta facta est, et confirmata Chilefeldie.

Original, DRc/T191/1; Privilegia, fo. 230v (added by a later scribe); Domitian, fo. 146v (scribe D1); Hearne 1720, pp. 235–6, from Bodl Gough Kent 1 (s. xvii), from Privilegia; Thorpe 1769, p. 653, from the original

/a Domno P /b Roffensi D /c hundredo D /d Chielesfelda
P : Chelesfelda D /e Roffensi D /f Pi(n)indene O, with u
altered to n : Piuindene P : Pinindene D /g Godrichesdune
D /h et cet' D, omitting the rest /i Rodbertus P /j P
breaks off here, at the foot of the page

Date: 1143–4

Endorsement: Carta Ernulfi de Chelesfeld de terra de Piuindene (scribe V)

The place called Pinindene or Piuindene was in Strood – more precisely, in the part of Strood belonging to the hundred of Rochester – but was held from the manor of Chelsfield. I cannot locate Godricesdune, though this document seems to imply that it was somewhere in the hundred of Shamel. Around 1220, the land at Pinindene was on lease to a man named Johan Parlebien, who paid the sacrist a rent of 14 shillings (Vespasian, fos. 92r–4r); perhaps that covered Godricesdune as well, which is not mentioned separately in the rental.

7

Roger of Strood and Aliza his wife confirm to the monks the land which was given to them by Ernulf of Strood when his son became a monk. The monks are to supply Aliza with a one-pound candle on the Purification of Saint Mary, and the pair of them with an allowance of drink and food on six named feast-days.

Item de Pinindene et Godrichesdune (scribe D1)

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit: Rogerus de Strodes et Aliza uxor eius salutem. Notificamus uniuersitati uestre nos concessisse et confirmasse monachis Roffensis ecclesie, terram quam dedit illis Ernulfus de Strodes liberam et quietam, quando Willelmus filius suus in eadem ecclesia factus est monachus: ut legitimi heredes. Hanc terram confirmamus eis libere et quiete possidendam, et sicut predictus Ernulfus, illam ab omni seculari seruitio adquietauit: ita nos et heredes nostri in perpetuum liberam concedimus, et ab omni seculari seruitio in perpetuum adquietabimus.

/a Concesserunt etiam nobis predicti monachi Roff' sicuti eidem Ernulfo et aliis predecessoribus nostris, uidelicet michi Alize a qua emergit hereditas, unum cereum de una libra in die purificationis sancte Marie, et nobis in commune per festiuitates sex anni, unam iustam tenentem duos galunos de potu monachorum et unum simenellum, uidelicet ad festum sancti Paulini, sancti Andree, Natali, Pasca, Pentecoste, et in assumptione sancte Marie, recipiendum de sacrista, et hec etiam concesserunt heredibus nostris. His testibus, /b Henrico de Sornes, Willelmo filio Petri, Luca de Hores, Gileberto pistore, /c Hugo filio Basilii, Radulfo filio Viuet, Henrico filio Letardi, Roberto Spicard, Simone filio Sewini, Thoma Chire, et aliis pluribus.

Original, DRc/T191/2; Domitian, fos. 147v-8r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 645, from Domitian

/a Concesserunt ... heredibus nostris om. D /b the rest om.
D /c so O

Date: probably c. 1190-1200

Endorsements: Confirmatio Rogeri de Strodes et Alize uxoris eius de terra Ernulfi de Strodes (scribe V); De elemosinar'. / Strodes. / xii. (s. xiii)

Henric de Sornes was still alive late in 1202 (Pipe roll 4 John, p. 212; Curia regis rolls 1201-3, p. 118) but seems to have died shortly after that.

There is nothing sinister about the omission of a whole sentence from the copy in Domitian: that clause had been nullified by the following document.

8

Willelm son of Adeliz of Strood remits to the monks the rent

which they used to pay him for the land of Pinindene in Strood.

De seruitio quieto pro Pinindene (scribe D1)

/a Vniuersitati sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit: Willelmus filius Adeliz de Strodes, salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod ego Willelmus filius Adeliz de Strodes clamo quietum illud seruitium quod monachi Roffen' solebant michi facere pro terra illa quam habent de me et de antecessoribus meis de Pinindene in Strodes, scilicet, in sex principalibus festis que fiunt per annum, unum panem monachi et unam iustam de tali poculo quale ipsi habent, et ad purificationem unum cereum de libra cere. Hoc totum quietum eis clamo finaliter pro me et pro heredibus meis sine omni causa et omni demanda. Et nolo ut ego uel aliquis heredum uel successorum meorum propter cartam quam habui uel alia aliqua occasione exigat seruitium illud uel aliud de predicta terra, set quieta et libera sit ab omni seruitio, sicut libera elemosina. Pro hac quieta clamatione dederunt michi prefati monachi, uiginti unum solid' sterlingorum, et ego in pleno capitulo eorum coram multis presentibus hanc /b quietam sacramento iurisiurandi confirmaui, et ut nunquam de cetero possit aliqua ratione conuelli presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Henrico de /c Cobeam et toto hundredo de Rof'.

Domitian, fo. 148r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 645

/a so /b supply quietam clamationem /c so

Date: c. 1200-10

9

Willelm son of Roger of Strood remits to the monks the rent which they used to pay for the land they hold from him in Strood. A charter of the monks guaranteeing that payment has been lost: otherwise it would have been surrendered to the monks.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit: Willelmus filius Rogeri de Strodes, salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod ego Willelmus filius Rogeri de Strodes perdonauit et quietum clamaui illud seruitium quod monachi Roffen' solebant michi facere pro terra illa de /a Piuind' quam habent de me et de antecessoribus meis in Strodes, uidelicet in sex principalibus festis que fiunt per annum, panem unius

monachi et unam iustam de tali poculo quale ipsi habent, et ad purificationem cereum unum. Hoc totum seruitium quietum clamaui finaliter et fideliter pro me et pro heredibus meis, sine omni causa et omni demanda. Sciatis etiam quod cartam habui monachorum de hac conuentione, quam eis resignassem nisi casu fuisset amissa, quod ita fuisse solempniter iurauit. Et nolo quod ego uel aliquis successorum uel heredum meorum propter cartam illam uel alia aliqua occasione exigat seruitium illud uel aliud de predicta terra, set quieta et libera sit ab omni seruitio, sicut pura et perpetua elemosina. Pro hac autem quieta clamatione dederunt michi monachi uiginti solidos sterlingorum, et ego in pleno capitulo eorum in presentia: hanc quietam clamationem sacramento iurisiurandi confirmaui, et ut nunquam de cetero possit aliqua ratione conuelli: presenti scripto sigillum meum apponere curauit. His testibus, Willelmo archidiacono Roffen', Henrico de Cobeham, Iohanne fil' Roc', Iohanne de Dunlee, Willelmo Potin, Unfrido uinitore, Aluredo coco, Henrico fil' Letard', Yuone portario, Hugone Diua, et toto hundred' de Rouecestr'.

Original, DRc/T191/3

/a perhaps Pinind'

Date: c. 1200-10

Endorsements: Carta Willelmi Bonekache de seruitio quod debebatur ei (scribe V, with some further words, possibly pro terra de Piuindene satisfacto, added by a different hand); Strode. / Carta Willelmi fil' Rogeri de Strod' (s. xiii)

Another version of doc. 8, guarding against the possibility that the charter alleged to have been lost may one day be found again.

10

Thomas son of Scotland of Nashenden grants to the monks the land in Dartford which used to be Ordmer Buthel's. He also confirms to them the land in Sheppey called Heacheland and the house-site in the city of Rochester which he granted to them when his son became a monk.

De quibusdam terris in Darenteford et in Scapeia (scribe D1)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Thomas filius Scotlandi /a de Hnessindene concedo et presenti carta mea

confirmit, monachis /b beati Andree apostoli in Roucestria,
terram meam in Darenteford que fuit Ordmeri Buthel quam emi a
Pagano presbitero filio eius, que a pluribus modo tenetur: et
reddit annuatim undecim solidos unum denarium minus, non excepto
quod pretorie de Darenteford de eisdem denariis debetur.
Confirmit etiam eis terram quam dedi eis in Scapeia que uocatur
heacheland, et masagium unum in ciuitate Roffensi, quod dedi eis
et scripto meo confirmaui, quando filium meum ad monachandum in
collegium suum receperunt. Hec omnia feci pro salute anime mee
et antecessorum et successorum meorum, et donationes has et
confirmationes assensu heredum meorum sigilli mei appositione
corroboro.

Domitian, fo. 148v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 282

/a de inserted /b supply ecclesie beati

Date: probably c. 1170-80

In Domitian this is followed by an earlier charter (fos. 148v-
9r, not printed by Thorpe) relating to the land in Sheppey. In
that charter Thomas speaks of his son becoming a monk; but he
does not mention the property in Rochester. There seems to be
some obscurity surrounding Thomas's donations. I cannot find
any items in the rental corresponding to the land in Sheppey
mentioned here, nor to the land in Dartford.

11

Scotland of Nashenden confirms to the monks the donations made
to them by his father Thomas of Nashenden: the land in Dartford
which used to be Ordmer Buthel's, the land in Sheppey called
Heacheland, and the house-site in Rochester which was held by
Adam son of Hurthoc.

Item de eadem et de mesagio Ade filii Hurtoc (scribe D1)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego
Scotlandus de Hnessindene concedo et confirmit donationes et
confirmationes patris mei Thome de Hnessindene quas fecit
monachis ecclesie beati Andree apostoli in Rouec', de terra sua
in Darenteford que fuit Ordmeri Buthel, quam emit a Pagano
presbitero filio eius, et reddit annuatim ix solidos i den'
minus, non excepto quod /a apretorie de Darenteford de eisdem
denariis debetur. Confirmit etiam predictis monachis terram quam
dedit eis in Scapeia que uocatur heacheland. Concedo etiam et
confirmit predictis monachis masagium quoddam in ciuitate

Roffensi quod /b tenuit Adam filius Hurthoc. Quod masagium quia pater meus predictis monachis dedit, quando filium /c suum fratrem meum in collegium suum ad monachandum receperunt, /d ego et heredes mei eisdem monachis contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus, /e ...

Domitian, fo. 149r-v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 282

/a so /b Adam tenuit marked for transposition /c fratrem suum marked for transposition /d ego inserted /e et cetera

Date: c. 1190

Scotland's father was alive in 1185 (Pipe roll 31 Henry II, p. 230); Scotland himself was dead by 1191, when custody of his heirs and land was granted to Henric de Cornhille (Pipe roll 3 Richard I, pp. 147-8).

12A

Ernulf Biset grants to the monks the land (in Eastgate) which used to belong to Osmund, priest of the castle, and after him to Simon his successor, ...

De terra Osmundi presbiteri in Easgate (scribe D2)

Notum sit omnibus tam posteris quam presentibus, quod ego Ernulfus Biset dedi et presenti carta /a mea confirmaui, ecclesie sancti Andree Rouecestrie et monachis ibidem deo seruiantibus, terram que fuit Osmundi presbiteri de castello, et postea Symonis successoris eius, de me et heredibus meis perpetualiter tenendam /b ...

Domitian, fos. 154v-5r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 532

/a mea inserted /b the rest erased and rewritten by scribe D3

Date: probably c. 1170-80

12B

... for a rent of 3 shillings. The house-sites are in the suburb of Eastgate; five acres of arable land are in the place called Sipmannedene.

... et habendam bene et in pace libere et quiete reddendo inde annuatim curie mee de Delce ad festum sancti Iohannis baptiste tres solidos pro omni seruitio et seculari /a exactione. Sunt

autem masagia in suburbio ciuitatis ad orientalem /b partem in loco qui uocatur Eastgat', et v^{que} acre de terra arabili in loco qui uocatur Sipmannedene de tenura /c manerii de Delce. Pro hac autem donatione et concessione et carte mee confirmatione dederunt michi predicti monachi v^{que} marcas argenti. Hiis testibus, Symone de Grai, /d ...

Domitian, fo. 155r (scribe D3); Thorpe 1769, p. 532

/a exactione with c inserted /b portam altered to partem, then crossed out and partem inserted /c erasure before ma' /d et c'

Date: falsified c. 1215–20

The scribe had difficulty fitting this quantity of text into the available space; so it seems likely that something has been interpolated (presumably the sentence Sunt ... Delce), with the intention of making the charter more explicit. The land at Sipmannedene was, we are told, eventually lost to the monks 'through the negligence of the people in charge': que terra per neglegentiam prelatorum amissa est (Vespasian, fo. 84v).

13

Ernulf Biset grants to the monks a small piece of land situated between Crow Lane and their vineyard, formerly held from him by Willelm de Maineres, free of any rent.

De quadam terrula iuxta uineam (scribe D2)

Notum sit omnibus tam posteris quam presentibus, quod ego Ernulfus Biset dedi et concessi in perpetuam elemosinam, ecclesie sancti Andree Rouec' et monachis ibidem deo seruientibus, pro anima mea et antecessorum meorum, terrulam quandam que iacet inter Cowlane et uineam eorum, quam Willelmus de Maineres de me tenuit, liberam ab omni seruitio. Huius rei testes sunt, /a ...

Domitian, fo. 155r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 533

/a et cetera

Date: probably c. 1170–80

14

Willelm de Cherintune confirms to the monks their lands in the

manor of (Great) Delce, for the same rents as on the day when he regained possession of the manor: 3 shillings for the land which was Osmund priest's, and 13 pence for the land which was Zacharias's, namely 2 acres called 'the stile'. He also confirms to them a small piece of land between Crow Lane and their vineyard, free of any rent.

Confirmatio Willelmi de Cheritone de eadem (scribe D2)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit: Willelmus de Cherintune salutem. Nouerit uniuersitas uestra, quod ego Willelmus de Cherintune concessi et hac presenti carta mea confirmaui, priori et conuentui ecclesie sancti Andree apostoli Roffen', omnes terras et tenuras quas habent in manerio meo de Delce, habendas et tenendas libere et quiete et in pace, faciendo de predictis terris et tenuris michi et heredibus meis seruitia que fecerunt eodem die quo recuperaui saisinam predicti manerii de Delce, uidelicet de terra que fuit Osmundi presbiteri tres solidos, et de terra que fuit Zacharie, scilicet duabus acris que uocantur la Stegele, xiiii^{cim} denarios. Concedo etiam et confirmo terrulam que iacet inter Crowlane et uineam predicti prioris et conuentus, liberam et quietam ab omni seruitio sicut puram elemosinam. Hanc concessionem et confirmationem feci pro salute anime mee, et antecessorum meorum et successorum meorum. Et ut stabili gaudeat firmitate: ego Willelmus de Chirintone presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, /a ...

Domitian, fo. 155r-v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 533

/a et c'

Date: probably c. 1210

The date when Willelm gained possession of Delce seems to be fixed at 1206 by an entry in the exchequer roll for that year (Pipe roll 8 John, p. 53).

15

Waleran de Faucheham confirms to the monks the remission of a rent of 12 pence which they once used to pay to his father, Godefrid de Faucheham, for a piece of land within their precinct close to Eastgate.

De /a redditu duodecim denariorum condonato (scribe D2)

Sciunt tam presentes quam futuri, quod ego Walerannus de

Faucheham intuitu caritatis et pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum concedo et dono et presenti carta confirmo monachis Roffen' donum patris mei Godefridi de Faucheham super quodam reddito duodecim denariorum, quos predicti monachi solebant reddere annuatim patri meo pro quadam terra que est infra ambitum curie eorum iuxta Eastgate. Et sicut pater meus Godefridus pro salute anime sue et antecessorum suorum et successorum suorum predictum redditum duodecim denariorum predictis monachis in puram et perpetuam elemosinam liberum et quietum clamavit, ita ego /b Walarannus de Faucheham predictum redditum duodecim denariorum predictis monachis in puram et perpetuam elemosinam clamo liberum et quietum ab omni exactione uel /c in petitione mei uel heredum meorum. Hiis testibus, /d ...

Domitian, fo. 160v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 532

/a reddi /b so /c in petitione /d et c'

Date: presumably c. 1160–1200

Fawkham was one of the bishop's manors, held by a family which took their surname from it. Godefrid de Falcheham, presumably the same man named here as Waleran's father, occurs in a twelfth-century list of the bishop's knights (*Privilegia*, fo. 217r, added by a later hand); Robert de Faukeham occurs in 1212 (*Red Book of the Exchequer*, ed. Hall 1896, p. 474); Willelm de Faukeham occurs in 1243 (*Book of fees*, pp. 669, 682). Waleran may have been the unnamed father whose property had been recently inherited by Robert de Faukeham in 1205 (*Pipe roll 7 John*, p. 117); or he may have belonged to an earlier generation.

16

Master Hamo grants to the monks some land of his in the city of Rochester, adjoined by Helias's land towards the east; but he is to retain a portion of it during his lifetime, because it is part of his orchard. In return, the monks have promised him a daily allowance of food and drink, on the same terms as Thomas of Nashenden or Willelm Turc.

De terra que fuit Henrici Mabun (scribe D2)

Sciunt tam presentes quam posteris, quod magister Hamo dedit et presenti carta confirmavit, ecclesie sancti Andree et monachis eiusdem loci, quandam suam terram cum edificiis in ciuitate Roffen', illam scilicet que iacet iuxta terram que fuit et

dicitur Helye, ad partem orientalem sitam. Sibi uero retinuit portionem illius terre postremam uersus murum quia est in parte pomerii sui, indulgentia et fauore monachorum libere et absque ullo seruitio tenendam, quam diu uixerit. De predicta terra ipse Hamo et Gualterus auunculus eius saisiauuerunt monachos ad altare ecclesie cum textu, halimoto presente et nullo reclamante. Pro hoc beneficio concesserunt monachi prenominato magistro Hamoni corredium unius monachi per totam uitam suam, ita plenarie sicut Thomas de Nhessindene uel Willelmus Turcus habet uel unquam habuit, et carta et sigillo suo hoc ei confirmauerunt. Si uero reclamatio uel controuersia de predicta terra emergerit: quam diu /a magister donationem suam presidio monachorum tueri et warantizare uoluerit aut potuerit: tam diu pactionis sue stabili fide gaudeat. Hiis testibus, /b Henricus de Sornes, /c ...

Domitian, fos. 162v-3r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 532

/a supply magister Hamo /b so /c et cetera

Date: probably c. 1170-80

There does not seem to be any record of a donation from Willelm Turc.

17

Walter dean and master Hamo, at the request of prior A(lvred) and the convent, give permission for the party-wall, half of which stands on their land, to be covered by a roof. Whenever Walter or Hamo or their heirs decide to build a stone house with a tiled roof on the adjoining house-site, they are to be allowed to uncover this wall, so that beams and corbels can be set in place; the cost of the guttering is to be shared between them and the monks' tenant.

De muro communi (scribe D2)

Sciant presentes et futuri, quod ad petitionem prioris A(luredi) et conuentus, pro ecclesie sue utilitate, Walterus decanus et magister Hamo concesserunt eis murum communem cuius medietas in terra sua stat: tecto suo totum occupare, hoc pacto ut quandocunque in masagio adiacenti eidem Waltero uel Hamoni uel alicui heredum suorum domum lapideam tegulis tegendam edificare placuerit: murus ille communis discooperiatur ut tigna et corbelli illorum super easdem pannas extendantur, et totum murum similiter occupent, et liberam quantum ad murum communem

facultatem habeant, et canale ad stillicidia utriusque domus eicienda de communi sumptu et consilio fiet. Hoc pactum ratum fore et stabile, Galfridus qui tunc mansum illud de monachis tenuit fide prestita pro se et conuentu securitatem fecit. Hiis testibus, /a ...

Domitian, fo. 163r-v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 532

/a et cetera

Date: 1182x6

18

Baldwin, archbishop of Canterbury, confirms the donation made to the monks by Albreda, daughter of Rodbert moneyer, of a house-site of hers within the walls of the city of Rochester, saving the service due to the court of Darenth.

De terra Ricardi palmari (scribe D2)

B(aldwinus) dei gratia Cant' archiepiscopus, tocius Anglie primas, omnibus Christi fidelibus, eternam in domino salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos /a diuine pietatis intuitu concessisse et presenti carta nostra confirmasse, ecclesie beati Andree Rouec' et monachis ibidem deo seruientibus, donationem quam Albreda filia Rodberti monetarii fecit predictae ecclesie de quodam masagio suo quod habuit et tenuit iure hereditario infra muros ciuitatis Roffen', ita ut prefata ecclesia et predicti monachi haheant et teneant prenominatum masagium, libere, integre, plenarie, sicut predicta Albreda uel aliquis antecessorum eius melius et liberius illud tenuit, saluo debito et consueto seruitio quod prefatum masagium debet annuatim curie nostre de Derente. His testibus, /b domno Gileberto Roffen' episcopo, magistro Siluestro, magistro Willelmo de Sancta Fide, magistro Radulfo de Sancto Martino, Gaufrido notario, Michaelae clerico de Ospring', /c Osberno de Wrmedel', Radulfo le Bor, Rogero de Pundherste, et multis aliis.

Original, DRc/T293; Domitian, fo. 168r-v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 527, from Domitian; Cheney and Jones 1986, p. 257

/a diuina cheney and jones /b et cetera D, omitting the rest /c Osberto de Wrinedel cheney and jones

Date: 1185x90

Endorsements: Confirmatio Bald' archiepiscopi de terra Ric' palmarii in Rofa (scribe V); De terris Albrede filie Rodberti monetarii credo quod sit domus quam tenent heredes Potyn de qua debentur xxvi d' ad manerium de Derente (s. xiv)

The later endorsement is difficult to decipher: I print it as it was printed by Cheney and Jones (1986).

19

Gilbert, bishop of Rochester, approves and confirms the customary arrangements regarding the chamberer's reeve. The chamberer is authorized to appoint a suitable person to act as his reeve in Rochester, receiving through him the usual offerings from the bishop's men within the walls of the city.

De prepositura (scribe D2)

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit, Gilebertus diuina miseratione Roffen' ecclesie minister: salutem in uero salutari. Nouerit uniuersitas uestra quod a longis retroactis temporibus /a decessorum nostrorum, de assensu et uoluntate eorundem, ut a pluribus omni expectatione maioribus accepimus: camerarius Roffen' consueuit prouidere prepositum in Rofa, et per manus eius obuentiones quasdam de hominibus episcopi intra muros contentis: percipere. Nos igitur uestigiis predecessorum nostrorum inherentes: ne quod tam diu obtinuisse dinoscitur in posterum alicuius malignitate in dubium reuocetur: concedimus et hac presenti carta nostra confirmamus quod camerarius per episcopum institutus prepositum idoneum prouideat, et sicut consueuit: obuentiones quas diximus sine molestia et reclamatione percipiat. Testibus /b [his, magistro Elia senescallo, magistro Egidio, magistro Rogero de Burnedis, Thoma de Rykingehal', Hamone capellano, Philippo et Osberno de Wurmedal', Aluredo coco, Durando Wisdom, Iohanne filio Rocii, Henrico portario, Willelmo Hunwyn, et multis aliis.]

Domitian, fo. 173r-v (scribe D1); DRb/Ar1/17, fo. 36r (s. xvii); Thorpe 1769, p. 47, from Domitian

/a so /b D omits the rest

Date: c. 1190-1200

The witness list, omitted from Domitian, is given in full by the seventeenth-century manuscript DRb/Ar1/17, fos. 1-91, a collection of copies of documents compiled sporadically in the bishop's registry. I print the names from this copy, making

some slight adjustments to the spelling.

20

Herebert de Reierse confirms to the monks the half haw (in Rochester) given to them by his aunt, Cecilia daughter of Lecelina, whose charter he has seen.

De terra Leceline in Rofa (scribe D2)

Sciunt tam presentes quam futuri, quod ego Herebertus de Reierse concedo et hac presenti carta confirmo, deo et monachis ecclesie sancti Andree de Rouec', dimidiam hagam quam Cecilia filia Leceline amita mea illis dedit et carta sua confirmavit, quam cartam propriis oculis inspexi, et predictam donationem sicut in ea continetur per omnia confirmo, et heredes meos ad confirmandum et ratum habendum /a obligo, et eam nunc sigilli mei appositione corroboro. His testibus, ...

Domitian, fo. 177v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 373

/a obligo with l inserted

Date: probably c. 1180–1210

The charter which Herebert says he has seen is not in the cartulary, and does not seem to survive in any form.

21

Ricard de Bererse grants to the monks a rent of half a mark in Strood from the house-sites that he has held from the manor of Frindsbury, saving the rent of 11 pence due to the monks' chamberer and the rent of 2 pence due to the owners of the land. He also grants them a rent of 18 pence in Wouldham, saving a rent of 1 penny to be paid to Roger son of Hunfrid of Southfleet. The monks have made certain undertakings in return.

De quodam reddito in Strodes (scribe D2)

Sciunt presentes et futuri, quod ego Ricardus de Bererse, pro /a amore et salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui, deo et ecclesie sancti Andree et monachis eiusdem loci, redditum dimidie marce in uilla de Strodes, de mesagiis que tenui de manerio de Frenesberia, habendum et tenendum bene et in pace, libere et quiete, in puram et perpetuam elemosinam, sicut ego unquam melius et liberius tenui, saluo annuo seruitio quod ipsum

tenementum debet, scilicet camerario Rofensi xi denarios ad quatuor anni terminos, ad Pascha ii den' et iii qua', ad festum sancti Iohannis ii d' et iii qua', ad festum sancti Michaelis ii den' et iii qua', ad Natale ii d' et iii qua', et saluis duobus denariis qui debentur dominis ad quatuor anni terminos, quolibet termino unum obolum. Preterea concessi eis et confirmaui in uilla de Wldeham redditum decem et octo denariorum de quadam terra quam Hugo pincerna tenuit de me, et inde reddent omni anno in die sancti Michaelis unum denarium Rogero filio Hunfridi de Sutfliete pro omnibus seruitiis. Prefati uero monachi concesserunt michi omni anno facere anniuersarium meum, et quod nomen meum in martirologio suo scribatur, et in die anniuersarii mei pascent tredecim pauperes dantes singulis /b pauperis unum obolum, unum quadrantem ad ceruisiam et unum quadrantem ad compadium cum potagio. Prouisum est autem communi uoluntate ut denarii qui prouenient ex hoc reddito in fabrica ecclesie expendantur quam diu opus durauerit. Perfecto opere: custos infirmorum fratrum eos recipiet, et in necessarios usus infirmorum expendet. Et ut hec conuentio firma maneat et stabilis: presenti cirographo mutua apposita sunt sigilla. Huius rei testes sunt, domnus G(ilbertus) episcopus, /c ...

Domitian, fos. 178v-9r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 644

/a supply amore dei /b so /c et c'

Date: c. 1190-1210

From the reference to work in progress 'on the fabric of the church', I would guess that this charter dates from c. 1190. An incoming rent of 18 pence de terra Ricardi de Bererse iuxta nemus de Wldeham and an outgoing payment of 1 penny cuidam Bricio de Suthfliete occur in the rental among the cellarer's rents.

22

Robert clerk of Strood, with the assent of his wife and heirs, grants to the monks, for the altar of Saint Katherine, a rent of 26 pence from two house-sites in Strood, for a rent of 2 pence payable to himself and his heirs.

Item de quodam reddito in Strodes (scribe D2)

Sciunt presentes et futuri, quod ego Robertus clericus de Strodes, de assensu Mabilie uxoris mee et heredum meorum, dedi et concessi et hac carta mea confirmaui, priori et conuentui

ecclesie sancti Andree apostoli Roffen', pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam, scilicet ad altare beate uirginis Katerine, redditum /a uiginti sex denariorum in Strodes cum ipsis /b tenementis, hoc est de mesagio quod Geldewinus Machecrien tenet /c tredecim denarios, et de alio mesagio cum dimidia acra terre quod Gilebertus nepos meus tenet in predicta uilla de Strodes /c tredecim denarios. Hunc predictum redditum prefati duo tenentes, Geldewinus Machecrien et Gilebertus nepos meus, reddent annuatim predicto priori et conuentui et ad predictum altare ad festum sancti Michaelis, et ipsum redditum cum prefatis /d tenementis habebunt et tenebunt predicti prior et conuentus libere et quiete et pacifice, reddendo inde michi Roberto uel heredibus meis duos denarios ad predictum sancti Michaelis terminum: pro omnibus rebus. Ego autem Robertus clericus de Strodes et heredes mei defendemus prefatum redditum et tenentes uersus curiam de Frenesber' de omnibus /e consuetudinibus, sectis, scotis et demandis, que mesagia et redditus sunt de tenemento de Frenesber'. Et ego Robertus clericus de Strodes et heredes mei warrantizabimus prefato priori et conuentui Roffen' predicta mesagia, redditum, et tenentes sicut puram et perpetuam elemosinam contra omnes homines et omnes feminas. Et in testimonium huius donationis, concessionis et confirmationis, ego prefatus Robertus clericus de Strodes et Mabilia uxor mea huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Willelmo de /f Mares, [Alexandro filio Heltonis, Henrico de Cobbehams, Iohanne filio Roscii, Henrico filio eius, Willelmo Potin, Iohanne anglico, Petro de Ponte, Luca de Hores, Ricardo filio eius, Hugone Parlebien, Iohanne filio eius, Iohanne de Dunlega, Siluestro fratre eius, Willelmo filio Ysabelle, Waltero de Chatindune, Willelmo filio Rogerii de Strodes, Henrico portario, Eudone subportario, Hugone sacrista, Helia grangario, Simone coco, Ricardo le Baillel.]

Domitian, fol. 181r-v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 647, from the lost original, and p. 643, from Domitian

/a xxvi thorpe /b tenentibus thorpe /c xii thorpe
twice /d tenentibus thorpe /e consuetudinibus D
/f cetera Mares et marked for transposition D, omitting the rest

Date: c. 1190-1210

I print the witnesses' names as they were printed by Thorpe. He also recorded this endorsement: *Ista pertinet ad altare beate Katerine.* The altar of Saint Katherine was one of the altars in

the new crypt, built c. 1190.

23

Wlveva daughter of Robert Sipman son of Wlvord of Strood renounces her claim to the land given to the monks by Ricard of Bererse, in return for a rent of 1 penny payable to herself and her heirs.

Item de quodam reddito in Strodes (scribe D2)

Sciant presentes et futuri, quod ego Wlueua filia Rodberti Sipman filii Wluordi de Strodes concessi donum Ricardi de Bererse, quod in perpetuam elemosinam deo et beato Andree et conuentui ecclesie Roffen' donauit, terram scilicet que iacet inter terram Rogerii Paruenc et Geruasii Tingelneil, et totum clamorem meum quem ad illam terram habendam clamaui: remisi, et omne ius quod ad illam habui eis dedi et concessi, pro qua predictus conuentus reddet michi Wlueue et heredibus meis singulis annis unum denarium ad unum terminum anni, scilicet ad festum sancti Michaelis, pro omnibus seruitiis secularibus. Et ego Wlueua et heredes mei warantizabimus predictam terram conuentui prenominato, contra omnes homines et feminas pro seruitio denarii prenominati. Pro hac autem concessione doni et remissione clamoris et iuris mei donatione et sigilli mei /a inpressione, predictus conuentus dedit michi Wlueue filie Roberti Sipman duos solidos sterlingorum in /b gersumman. Hiis testibus, /c ...

Domitian, fo. 182r (scribe D1); Thorpe 1769, p. 644

/a so /b so /c et cetera

Date: c. 1190–1210

24

Radulf son of Odo of Wickham grants to Godard clerk of Rochester a third part of a house-site in Strood situated in front of the hospital of Saint Nicholas, for a rent of 1 penny.

De elemosinaria (scribe V, endorsement)

.....t presentes et futuri quod ego Radulfus filius Odonis de Wicham dimisi et concessi et hacarta mea confirmaui Godardo clerico de Rofa et heredibus suis quandam partem terre meedes, scilicet terciam partem unius messagii quod iacet

ante hospitale sancti Nicholai uersus plagamem tenendam de me et heredibus meis ille et heredes sui libere et quiete et iure hereditario annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui unum denarium ad festum sancti Michaelisbus seruiciis sectis et consuetudinibus. Et predictus Godardus clericus et heredes sui defendent p...ctam partem terre uersus elemosinarium sancti Andree, de omnibus seruiciis que ad illam pertinent. Et ego Radulfus et heredes mei predicto Godardo clerico et heredibus suis prefatum tenementum contra omnes homines et feminas warantizabimus. Pro hac dimissione et concessione et carte mee confirmacione et warantizacione dedit mihi Godardus clericus quinque solidos in gersam'. Hiis testibus, Iohanne filio Roce, Alurido coco, Waltero piscario, Galfrido filio Wimarce, Rogero fratre suo, Osiatho de Wicham, Anselmo de Samele, Willelmo filio Odonis, Ada mercatore, Augustino de Strodes, Roberto de Wicham, et Odone filio suo, et multis aliis.

Original, DRC/T644

Date: earlier than the next

Endorsement: De elemosinaria (scribe V).

25

Godard clerk of Rochester, for the price of two marks and a half, sells to almoner Haymeric a house-site that he bought from Willelm and Radulf son(s) of Odo of Wickham, situated in front of the hospital of Saint Nicholas in Strood. The almoner is to pay the rent of 3 pence due to Willelm and Radulf.

De quodam reddito elemosinarie in Strodes (scribe D2)

Sciant presentes et futuri, quod ego Godardus clericus de Rofa /a uendidi pro duabus marcis et dimidia argenti, et hac presenti carta mea uenditionem /b confirmaui, Haymerico elemosinario ad opus elemosinarie beati Andree apostoli de Rofa, unum mesagium cum pertinentiis quod emi de Willelmo et Radulfo /c filio Odonis de Wicham, scilicet quod iacet ante /d hospitale sancti Nicholai in Strodes, habendum et tenendum libere et quiete et in pace, ita quod ego predictus Godardus nec aliquis ex parte mea in predicto mesagio cum pertinentiis nichil iuris calumpniare /e poterint. Et elemosinarius de domo sancti Andree debet defendere predictum mesagium cum pertinentiis uersus prefatos, scilicet Willelmum et Radulfum /f filium Odonis, de tribus

denariis per annum ad festum sancti Michaelis pro /g omnibus.
Hiis testibus, Iohanne filio Rocii, Willelmo Potin, /h ...

Domitian, fo. 182v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 645

/a uendi /b cofirmaui /c so /d hospitate /e so
/f so /g supply omnibus rebus or something similar /h et
cetera

Date: c. 1190–1210

The two charters relating to Godard's purchase of the property
are noted in the cartulary as follows:

Item due carte Willelmi et Radulfi de Wicham que /a confirmant
Godardo et heredibus suis predictum mesagium cum pertinentiis,
quas habemus penes nos.

Domitian, fo. 182v (scribe D1); Thorpe 1769, p. 645

/a cofirmant

Willelm's charter (for two-thirds of the property) is lost;
Radulf's (for the rest) is doc. 24.

26

Daniel de Crevequer confirms to the monks two pieces of land
called 'theages', granted to them by Helias son of Hamo with his
and his mother Roheis's assent, situated between Eastgate and
Saint Bartholomew's hospital, free of all secular exactions, for
a rent of 40 pence.

Confirmatio Danielis de Crieuequer (scribe V); De terra Helye
clerici (scribe V, rubric)

Notum sit omnibus tam /a posteris quam presentibus, quod ego
Daniel de Creuequer concessi et presenti carta mea confirmaui,
deo et sancto Andree apostolo de Rouecest' et monachis ibidem
deo seruiantibus, duas terras que uocantur theages de feudo meo,
quas dedit illis Helyas filius Haymonis assensu meo et assensu
Roheis matris mee, que iacent inter Eastgate et hospitale sancti
Bartholomei ad aquilonalem partem uie regie, cum pasturis paruis
adiacentibus que iacent inter easdem terras et aquam Medewaie.
Has itaque terras concedo eis et confirmo possidendas cum
omnibus pertinentiis suis libere et quiete, bene et in pace,
sine omni molestia et sine omni exactione seculari, et sine
secta et sequela curie et halimoti, pro amore /b dei et salute

anime mee et animarum antecessorum meorum et successorum meorum,
reddendo annuatim de eisdem terris curie mee de Chatham xl
denarios pro omni seruitio ad quattuor terminos, scilicet ad
festum sancti /c Micaelis x denar', ad Natale domini x denar',
ad Pascha x denar', ad natiuitatem sancti Iohannis baptiste x
denar'. Huius rei testes sunt, Henricus dapifer, /d ...

Domitian, fo. 188r-v (scribe D3); Thorpe 1769, p. 538

/a poststeris /b dei inserted /c so /d et c'

Date: probably a forgery dating from c. 1215-20; if genuine,
c. 1160-80

Because this charter was not copied by scribe D1, and because
there is no mention in doc. 4 of any earlier charter, I think
that this is fairly sure to be a forgery, based upon that text.
The passage bene ... halimoti, to which there is nothing
comparable in doc. 4, may reveal the forger's motive.

27

Anfelisa daughter of Alvred cook grants to the monks her share
of a meadow within the boundary of the cellarer's meadow,
outside Cheldegate wall, for a rent of 1 penny.

De prato extra Chealdegate (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego /a Anffelisa filia Aluredi
coci dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui,
deo et ecclesie sancti Andree Roffen' et monachis ibidem deo
seruiantibus, totam partem meam quam habui de prato quod iacet
infra ambitum prati celerarii extra murum de Chealdegate,
habend' et tenend' de me et heredibus meis in perpetuum, libere
et quiete, bene et in pace, reddendo inde annuatim michi et
heredibus meis unum denarium ad festum sancti Michaelis pro
omnibus seruitiis, consuetudinibus, sectis et demandis. Et ego
predicta /b Anffelisa et heredes mei warrantizabimus predictum
pratam prefatis monachis contra omnes homines et omnes feminas.
Pro hac autem dimissione, concessione, sigilli appositione et
presentis scripti confirmatione: dederunt michi prefati monachi
dimidiam marcam argenti in /c gersam'. Hiis testibus, /d ...

Domitian, fo. 190v (scribe D3); Thorpe 1769, p. 537

/a perhaps Anfelisa /b so /c so /d et c'

Date: probably c. 1215–20

28

Willelm son of Alvred cook grants to the monks his share of a meadow within the boundary of the cellarer's meadow, outside Cheldegate wall, and rents amounting to 3 shillings 8 pence, for a rent of 1 penny.

De eodem et de iii^{bus} sol' redditus et viii denariatis (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Willelmus filius Aluredi coci /a dimi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, deo et ecclesie /b sancti apostoli Roff' et monachis ibidem deo seruiantibus, totam partem meam quam habui de prato quod iacet infra ambitum prati celerarii extra murum de Chældegat', et tres solidatos redditus et viii^{to} denariatos, scilicet de Helya Grangier xii denar' de duabus acris marisci, et de Anfelisa duos sol' de dimidia acra prati et de una haga, et de Godefrido coco iiii^{or} denar' de una haga, et de heredibus Gerold' iiii^{or} denar' de una haga, habend' et tenend' de me et heredibus meis in perpetuum, libere et quiete et in pace, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unum denarium, scilicet ad festum sancti Michaelis, pro omnibus seruitiis, consuetudinibus, sectis et demandis. Et ego predictus Willelmus filius Aluredi coci et heredes mei warrantizabimus predictum pratum et /c reditum predictum predictis monachis contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac autem dimissione et concessione et presentis carte confirmatione et sigilli appositione: dederunt michi predicti monachi xv solidos sterlingorum in gersum'. Hiis testibus, /d ...

Domitian, fos. 190v–1r (scribe D3); Thorpe 1769, p. 538

/a so /b supply sancti Andree /c so /d et c'

Date: probably c. 1215–20

29

Walter Dereman grants to the monks two acres of marshland, lying between Delce marsh and the monks' marsh, for which they are to pay rents of 8 pence to Robert Durant, 4 pence to Willelm Potin, and 4 pence to Herebert of Horsted.

De duabus acris marisci iuxta molendinum de Holfliet (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Walterus Dereman, dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui in puram et perpetuam elemosinam, deo et ecclesie beati Andree apostoli Roff' et monachis ibidem deo seruientibus, duas acras marisci que iacent inter mariscum de Delce et mariscum predictorum monachorum, extendentes se a capite prati predictorum monachorum uersus Medewaie, habendas et tenendas ipsis, libere, quiete, bene et in pace in perpetuum, reddendo inde annuatim Roberto Durant et heredibus suis octo denarios ad quatuor terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis duos denar', et ad Natale domini duos denar', et ad Pascha duos den', et ad festum sancti Iohannis baptiste duos den', et W(illelmo) Potin et heredibus suis annuatim quatuor denarios ad predictos terminos, et Hereberto de Horstede et heredibus suis annuatim quatuor denarios ad eosdem terminos, pro omnibus seruiciis, sectis et consuetudinibus, querelis et demandis. Et sciendum est quod ego W(alterus) Dereman et heredes mei predictas duas acras marisci predictis monachis contra omnes homines et feminas in perpetuum debemus warantizare. Ut autem hec mea donatio stabilis et rata in perpetuum permaneat: presentem cartam sigilli mei appositione roborau. Hiis testibus, Ricardo de Bererse, /a ...

Domitian, fos. 192v-3r (scribe D4); Thorpe 1769, p. 536

/a et c'

Date: c. 1215-20

30

Walter son of Dereman grants to Roger de Bardingeleye the house-site which used to be Alditha soaper's, next to that of Edward merchant's heirs towards the west, for a rent of 6 pence, saving the rent due to the king.

De terra saponarii (scribe V, endorsement)

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus filius Deremani dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Rogero de Bardingeleye et heredibus suis mesagium quod fuit Aldybe sopere cum omnibus pertinentiis, scilicet cum pistrino et gardino, quod mesagium proximum est mesagio heredum Edwardi mercatoris uersus occidentem. Tenendum de me et heredibus meis illi et heredibus suis libere et quiete et honorifice et hereditarie, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui sex denarios ad quatuor anni terminos, ad Natale

tres ob', ad Pasca tres ob', ad festum sancti Iohannis baptiste tres ob', ad festum sancti /a Micaelis tres ob', pro omnibus seruitiis, sectis et consuetudinibus et demandiis, saluo seruitio domini regis. Predictus uero Rogerus et heredes sui defendent prenominatum mesagium uersus capitales dominos feodi et ego et heredes mei warantizabimus prenominato Rogero et heredibus suis prenominatum mesagium contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac autem donatione et carte mee confirmatione et sigilli mei appositione dedit mihi prefatus Rogerus septem marcas /b sterlingorum in gersummam. Hiis testibus, Roberto de Rokesle, Gileberto fratre eius, Rogero Ruffin, Rogero Parlebien, Radulfo fratre eius, Willelmo Potin, Petro de Talamo, Radulfo de Talamo, Roberto filio Duranti, Helya mercatore, Rogero fratre eius, Godefrido coco, Waltero Foliot qui hanc cartam scripsit, et multis aliis.

Original, DRC/T292/1

/a so /b in gersummam sterlingorum marked for transposition

Date: earlier than the next

Endorsements: De terra saponarii (scribe V); Ista non scribitur in registro (s. xiv).

31

Roger de Bardingeleye grants to the monks the house-site which used to be Alditha soaper's, next to that of Edward merchant's heirs towards the west, which he bought from Walter son of Dereman, saving a rent of 6 pence payable to Walter, and saving the rent due to the king.

Carta Rogeri de Bardingelega de terra saponarii (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Rogerus de Bardingeleye, concessi, dedi, et dimisi, et hac presenti carta mea confirmaui priori et monachis ecclesie beati Andree apostoli /a Rofen', mesagium quod fuit /b Aldybe Sopere cum omnibus pertinentiis suis, scilicet cum pistrino et gardino, quod mesagium proximum est mesagio heredum Eadwardi mercatoris uersus occidentem, quod mesagium cum pertinentiis emi de Waltero filio Dereman /c proprio catallo meo. Hoc autem mesagium cum pertinentiis dedi deo et beato Andree apostolo, et monachis in puram et perpetuam elemosinam sine aliquo /d retenemento, pro me et pro animabus predecessorum meorum, et pro omnibus successoribus meis, ita quod ipsi monachi habeant et teneant in perpetuum bene

et in pace libere et quiete et honorifice, saluis tamen sex denariis annuis Waltero filio Dereman et heredibus suis ab ipsis monachis persolvendis ad quatuor anni terminos sicut ego predictus Rogerus illos sex denarios predicto Waltero reddere consueui, saluo etiam seruitio domini regis. Et sciendum quod ego prenominatus Rogerus resignaui predictis monachis cartam quam habui de predicto Waltero de predicto mesagio cum pertinentiis in signum plenarii iuris et perpetui. Hiis testibus, /e Willelmo Potin, Rogero Wastehose, Benedicto clerico, Iohanne anglico, Hereueo, Helya mercatore, /f Helyo grangerio, Godwino uinetario, Bartholomeo de Eppellane, Godefrido coco, Ricardo Baillel, et multis aliis.

Original, DRc/T292/2; Domitian, fo. 194r (scribe D4); Thorpe 1769, p. 537, from Domitian

/a Roffens' D /b Aldithe D /c prorio D /d retinemento
D /e et c' D, omitting the rest /f so O

Date: c. 1215-20

Endorsements: De terra saponarii (scribe V); Rogerus de Bardingeleye de mesuag' quod fuit Aldithe Sopere (s. xiii).

32

Walter son of Dereman grants to the monks the rent of 6 pence which Roger de Bardingelege used to to pay him for the house-site which was Alditha soaper's, bought from him by Roger and afterwards given to the monks.

Carta Walteri piscatoris de eadem (scribe V); De terra saponarii (scribe V, rubric)

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus filius Dereman, concessi, dedi, et dimisi et hac presenti carta mea confirmaui priori et monachis ecclesie beati Andree apostoli /a Rofen', redditum sex denariorum quos percipere consueui annuatim de Rogero de Bardingelege, pro mesagio cum pertinentiis suis quod fuit Aldithe Sopere, quod predictus Rogerus emerat de me, et aliquandiu de me tenuit, et postea predictis monachis dedit. Hunc autem /b predictum redditum sex denariorum dedi predictis monachis, in puram et perpetuam elemosinam, pro me, et pro antecessoribus meis, et pro omnibus successoribus meis, et quietum clamaui predictis monachis in perpetuum quicquid iuris habui uel habere potui in predicto redditu sex denariorum, uel in predicto mesagio cum pertinentiis suis, pro me, et /c pro

heredibus meis sine aliquo /d retenemento. Hiis testibus,
/e Willelmo Potin, Rogero Wastehese, Benedicto clerico, Iohanne
anglico, Hereueo, Helya mercatore, Helya grangerio, Godwino
uinetario, et multis aliis.

Original, DRc/T292/3; Domitian, fo. 194r (scribe D4)

/a Roffens' D /b redditum predictum D /c pro om. D
/d retinemento D /e et c' D, omitting the rest

Date: c. 1215–20

Endorsements: De terra saponarii (scribe V); Walteri filii
Dereman de vi d' redditus (s. xiii).

33

Henric de Cobbeham grants to the monks the land in Strood called
Heriscon, next to Rochester bridge towards the north, in
exchange for a reduction of 2 shillings in the rent he pays them
for the land called Westgolderesland in Tornindon', from 5
shillings to 3 shillings.

De quadam terra in Strodes iuxta pontem (scribe V); De terra que
uocatur Herizun (scribe V, rubric)

Sciant presentes et futuri, quod ego Henricus de Cobbeham dimisi
et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, Willelmo
priori ecclesie beati Andree Roffen' et monachis ibidem deo
seruientibus, totam terram que appellatur Heriscon in Strodes,
iuxta pontem Rofe uersus aquilonem, in excambio duorum solidorum
redditus, quos idem prior et conuentus remiserunt et quietos
clamauerunt michi et heredibus meis in perpetuum, de quinque
solidis quos eis reddere solebam singulis annis de terra que
appellatur Westgolderesland in Tornindon', unde ego Henricus nec
aliquis heredum meorum de cetero non teneor reddere nisi
tantummodo tres solidos per annum. Ut autem hec mea dimissio et
concessio firma permaneat et stabilis, presens scriptum
apposicione sigilli mei roborauit. Hiis testibus, ...

Domitian, fo. 194v (scribe D4); Thorpe 1769, p. 645

Date: c. 1215–20

Prior Willelm was in office from 1215×18 till 1222×5.

The place called Tornindon' here – Thorninduna in Privilegia
(fo. 221v) – was part of the manor of Frindsbury. It seems to

have been in the neighbourhood of Chattenden (TQ 7572): in
Vespasian we find the name 'Torindun' glossed by a later hand uel
Chetindon' (fo. 66v). Presumably heriscon is French heriçon,
meaning 'hedgehog'.

34

Hugo son of Warin sacrist grants to the monks a house-site in
Strood and a rent of 2 pence, for a rent of one halfpenny
payable to himself, saving also the rent of 8 pence due to
Editha daughter of Jocelin of Cliffe.

De quadam terra in Strodes pertinens (sic) ad elemosinariam
(scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Hugo filius Warini sacriste
concessi et dimisi et hac presenti carta mea confirmaui, priori
et conuentui ecclesie beati Andree Rofen', quoddam masagium cum
pertinentiis quod habui in Strodes, quod iacet inter masagium
Galfridi filii Roberti et masagium Dieringi filii Radulfi,
extendens se a uico regio usque ad feodum Templariorum, et
duorum denariorum redditum, quos Geruasius de Samele michi
annuatim reddere solebat: de quadam acra terre que iacet in
latitudine apud Cockeford inter /a uicum regium et terram de
Reda, ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis
i d' et ad natiuitatem sancti Iohannis baptiste i d', habendum
et tenendum dictis priori et conuentui, de me et heredibus meis,
libere, quiete, bene et in pace, finabiliter, reddendo inde
annuatim michi et heredibus meis pro omni seruitio et exactione
et rebus cunctis, ad festum sancti Michaelis i ob'. Saluis
tamen viii denariis qui debentur Edithe filie /b Ioceline de
Clie, quos predicti prior et conuentus eidem Edithe uel
heredibus suis annuatim persoluere debent ad duos terminos anni,
ad Pascha iiii d' et ad festum sancti Michaelis iiii d', sine
omni occasione. Et sciendum est quod ego Hugo et heredes mei,
dictis priori et conuentui, predictum masagium cum pertinentiis
suis et predictum duorum denariorum redditum, contra omnes
homines et feminas in perpetuum debemus warantizare. Pro hac
igitur concessione, dimissione, warantizatione, et presentis
carte mee confirmatione, predicti prior et conuentus, dederunt
michi predicto Hugoni vii solidos sterlingorum in gersumam.
Hiis testibus, /c Henrico de Cobeham, Willelmo Potino, Iohanne
anglico, Herueo, ...

Domitian, fo. 195r (scribe V); Thorpe 1769, p. 646

/a doubtful reading /b so /c Henrco

Date: c. 1220

35

Editha daughter of Jocelin of Cliffe grants to the monks the rent of 8 pence which she used to receive from Hugo son of Warin sacrist, for a house-site in Strood bought from her by Hugo's father.

De eadem terra elemosinarie (scribe V)

Sciunt presentes et futuri, quod ego Editha filia Iocelini de Cliue concessi et dimisi et hac presenti carta mea confirmaui, priori et conuentui ecclesie beati Andree Rofens', redditum viii^{to} denariorum quos percipere consueui annuatim de Hugone filio Warini sacriste pro quodam masagio cum pertinentiis suis in Strodes, quod iacet inter masagium Galfridi filii Roberti et masagium Dieringi filii Radulfi, quod etiam masagium predictus Warinus pater predicti Hugonis emerat de me, et aliquandiu tenuit de me, quo mortuo: Hugo predictus filius eius dictis monachis dimisit. Hunc autem redditum predictum viii denariorum predictis monachis dimisi, et quietum clamaui in perpetuum pro me et heredibus meis, sine aliquo retinemento, quicquid habui uel habere potui iuris in predicto reddito viii^{to} denariorum, uel in predicto masagio cum omnibus pertinentiis suis. Pro hac igitur concessione, dimissione, quieta clamatione et presentis carte mee confirmatione, predicti prior et monachi dederunt michi predictae Edithe in artissimo negotio meo, iiii solidos sterlingorum. Hiis testibus, Henrico de Cobeham, /a ...

Domitian, fo. 195v (scribe V); Thorpe 1769, p. 646

/a et c'

Date: c. 1220

36

Frethesent daughter of Edwin grants to the brethren of Saint Mary's hospital, Strood, a house-site in Strood opposite the hospital of the monks of Rochester.

De eadem (scribe V)

Sciunt presentes et futuri quod ego Frethesent filia Edwini dimisi et concessi et presenti carta mea confirmaui deo et

hospitali sancte Marie de Strod' et fratribus ibidem
seruientibus, unum masagium quod iacet inter masagium Willelmi
filii Ode de Wicham et inter masagium Roberti Belecauche in
Strod' uersus austrum, ex opposito hospitalis monachorum
Roffen', predicto hospitali sancte Marie et fratribus ibidem
commorantibus. Habend' et tenend' in perpetuum, libere et
quiete, in pace et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et
heredibus meis unum ob' infra octabas sancti Michaelis pro
omnibus seruiciis et consuetudinibus, sectis et demandis, saluo
seruicio domini regis. Et ego Frethesent et heredes mei
warantizabimus predictum masagium predicto hospitali et
fratribus ibidem seruientibus contra omnes homines et omnes
feminas. Et ego Frethesent et heredes mei ad hospitale sancte
Marie de Strod' ad supradictum terminum singulis annis propter
predictum redditum ueniemus. Pro hac autem dimissione et
concessione et carte confirmatione et warrantizatione prior
predicti hospitalis et fratres eiusdem dederunt mihi Frethesent
xiiii solidos in gersummam. Hiis testibus, Henrico de Cobeham,
Willelmo Potin, Petro de Thalamo, Durant Wisdom, Willelmo filio
Rogeri, Roberto Durant, Iohanne anglico, Herewico Hardi, Ade
pellipario, Iohanne Parleben, Thoma marescallo, et multis aliis.

Original, DRc/T604

Date: c. 1200-20

This is one of two charters which were surrendered by the master
of the hospital to the monks' almoner, as is recorded in the
following note by scribe V.

Item due carte, una Randulfi filii Gudredi de Sundererse que
confirmat hospitali de Strodes v^{que} masagia que Robertus
Belecauche tenuit, altera: Frethesentis filie Eadwini que
confirmat predicto hospitali unum masagium ex opposito
hospitalis monachorum Rofen'. Sed quia falso adquisite erant:
echonomus predicti hospitalis post multas altercationes
resignauit in manus elemosinarii Rofen'.

Domitian, fo. 195v (scribe V)

37

Walter Hod of Rochester grants to the monks the house-site
adjoining Cheldegate which he bought from Stephan son of Osiath
de Marisco of Hoo and which Stephan bought from Susanna of
Borstal, together with the house which he has built on it, for a
rent of 17 pence.

Redditus cantorie (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Walterus Hod de Rofa /a dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, priori et conuentui sancti Andree apostoli Rof' ecclesie, unum masagium cum domo quam in eo edificauit, quod masagium emi a Stephano filio Osiath de Marisco de Ho, quod /b iacet iuxta portam de Chealdegate, habens in latitudine xxvi pedes uersus north and suth, et l^{ta}vi pedes in longitudine uersus east and west, quod uidelicet predictus Stephanus emit et tenuit de Susanna de Borstalle filia Ricardi /c Hued. Hoc predictum masagium cum domo quam in eo edificauit, tenebunt predictus prior et conuentus Rofen' ecclesie in perpetuum, libere et quiete et pacifice, de me et heredibus meis, reddendo inde annuatim xvii denarios michi et heredibus meis ad iiii^{or} terminos, scilicet in media Quadragesima iiii d' qua', in festo sancti Iohannis baptiste iiii d' qua', in festo sancti Michaelis iiii d' qua', ad Natale domini iiii d' qua', pro omnibus seruitiis, consuetudinibus, sectis, scotis et demandis, quantum ad me et heredes meos. Et ego /d predictus uel heredes mei ibimus propter redditum predictum ad curiam monachorum, sicut solebat predictus Stephanus ad hostium domus mee. Et ego predictus W(alterus) Hod et /e heredes defendemus prefatum masagium et domum cum pertinentiis contra predictum Stephanum et predictam Susannam uel heredes eorum de debitis seruitiis et consuetudinibus. Et ego predictus W(alterus) Hod et heredes mei warrantizabimus /f predicto priori et conuentui tam masagium quam domum contra omnes homines et contra omnes feminas. Insuper et cartam quam habui de predicto Stephano resignaui conuentui. Pro hac dimissione, concessione et warrantizatione et carte resignatione et sigilli mei in hoc scriptum appositione: /g dedit michi prior et conuentus xl solidos sterlingorum et dimidiam summam frumenti, per manus Alexandri tunc cantoris. Hiis testibus, Radulfo de Gatele constabulario, Henrico de Cobeham, /h ...

Domitian, fo. 196r-v (scribe V); Thorpe 1769, p. 535

/a dimis /b i(a)cet corrected /c perhaps Hued
/d supply predictus W. Hod /e supply heredes mei
/f so /g so /h et c'

Date: c. 1220

Radulf de Gatele was constable of Rochester castle, acting for

Hubert de Burgo. He occurs as a 'knight of H. de Burgo' in 1229, and as 'constable of the Tower of London' in 1231 (Patent rolls 1225-32, pp. 257, 509).

38

Roger of Southfleet grants to the monks a rent of 20 pence, to be paid to them by two of his tenants (in Strood): 16 pence from Willelm Irisman, for the house-site and house sold to him by Roger, and 4 pence from Robert Cacheman.

Redditus cantorie (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Rogerus de Sutfliet' dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, deo et monachis sancti Andree apostoli de Rofa, redditum xx^{ti} denariorum de duobus tenentibus meis, scilicet de Willelmo Irisman xvi d' et de Roberto Cacheman iiii d', perpetualiter percipiendos omni anno tam de predictis hominibus quam de eorum heredibus, libere et quiete et sine omni exactione seculari perpetuo tenendos, ita quod predictus W(illelmus) Irisman de ii solidis quos michi reddere solebat de masagio et domo quod ego et heredes mei sibi et heredibus suis uendidimus xvi d' omni anno predictis monachis ipse et heredes sui reddat, et predictus R(obertus) Cacheman iiii d' tam ipse quam heredes sui, sicut michi solebat. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis predictum redditum xx^{ti} denariorum contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac autem dimissione et warantizatione et quieta clamatione dederunt michi predicti monachi x solidos sterlingorum, per manum A(lexandri) cantoris. Hiis testibus, R(ogero) Wastehese, /a ...

Domitian, fo. 196v (scribe V); Thorpe 1769, p. 536

/a et c'

Date: c. 1220

The leading witness, Roger Wastehose (or Wastehese), was the sheriff's man on the spot; he also witnesses documents 33-4 and 42. He was dead by 1223, when his widow Cecilia was made to answer for his debts (Pipe roll 7 Henry III, p. 94). That Roger of Southfleet's land was in Strood is a fact which we discover from the rental.

39

Alexander son of Alexander Graie grants to the monks a rent of 4

pence, to be paid to them by Helias merchant, for the land sold to him by Alexander.

De cantoria (scribe V)

Sciunt tam presentes quam futuri, quod ego Alexander filius Alexandri Graie dedi et concessi et hac carta mea confirmaui, deo et monachis sancti Andree in Rofa, redditum iiii^{or} denariorum in puram et perpetuam elemosinam quam debuit michi per annum Helias mercator, de terra quam uendidi ei et heredibus suis, ita quod ipse Helias terram illam uersus capitalem dominum acquietabit et omnia onera eius sustinebit. Hos igitur iiii denarios dono deo et monachis predictis omni anno a predicto Helia et heredibus suis sicut michi consueuerat persoluendos et libere in perpetuum possidendos. Quos etiam ego et heredes mei /a predictis warantizabimus. Hiis testibus, Henrico de Cobeham, /b ...

Domitian, fo. 197r (scribe V); Thorpe 1769, p. 534

/a supply monachis predictis /b et c'

Date: c. 1220

The location of this land is unknown. From the rental it appears that Helias merchant had the lease of some land near Saint Bartholomew's hospital: possibly the land that he had bought from Alexander was somewhere in that direction. The precentor's rents seem all to have come from in or near the city.

40

Godwin vintner grants to the monks the half house-site which he acquired from Geldewin butcher, and which Geldewin bought from Radulf Buhurt, for a rent of 12 pence payable to Geldewin and a rent of one halfpenny payable to Godwin himself.

De cantoria (scribe V)

Sciunt presentes et futuri, quod ego Godwinus /a uinarius dimisi et concessi et hac carta mea confirmaui, deo et sancto Andree et monachis de Rofa, dimidium masagium /b cum domo quod emit Geldewinus macellarius a Radulfo Buhurt et tandem peruenit ad possessionem meam, ita ut redderem predicto Geldewino xii denarios omni anno pro omni seruitio. Hoc igitur dimidium masagium cum domo dimitto et quietum clamo predictis monachis,

ut habeant in perpetuum et possideant libere et quiete et honorifice, reddendo inde ut ego solebam predicto Geldewino xii denarios ad iiii anni terminos, et michi Godwino i obolum in die sancti Michaelis, pro omni seruitio. Et predictus Geldewinus et heredes sui defendent predictum dimidium masagium uersus legitimum heredem, hoc est Radulfum Buhurt et heredes suos, et ego et heredes mei warrantizabimus predictum dimidium masagium predictis monachis contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac autem dimissione et carte mee confirmatione et warrantizatione dederunt michi predicti monachi ix solidos sterlingorum. Hiis testibus, Iohanne capellano sancti Nicholai, Benedicto clerico, Rogero Wastehese, /c ...

Domitian, fo. 197r (scribe V); Thorpe 1769, p. 534

/a so /b cum inserted /c et c'

Date: c. 1220

For the other half of Buhurt's land see doc. 43.

41

Adam son of Eilnoth skinner of Strood grants to the monks three house-sites in Strood, outright.

De tribus masagiis in Strodes (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Adam filius Eilnoth pelliparii de Strodes dedi, concessi et dimisi et quietum clamaui, deo et ecclesie beati Andree apostoli Rofen' et monachis ibidem deo seruiantibus, in puram et perpetuam elemosinam, tria mesagia cum domibus superedificatis que de eisdem monachis tenui, in parte boreali iuxta stratam regiam, iuxta terram que dicitur terra Danielis, cum omnibus pertinentiis et cum omnibus commodis que michi uel heredibus meis inde contingere poterunt, integre et plenarie in perpetuum, sine aliquo retinemento. Ut autem hoc stabile fiat et inconcussum: presentem cartam sigilli mei appositione roborauit. Hiis testibus, /a ...

Domitian, fo. 198r-v (scribe V); Thorpe 1769, p. 691

/a et c'

Date: c. 1220

Gilebert son of Eustachius grants to the monks a piece of land beneath the wall of their cemetery, next to Willelm Kebbel's land towards the east, for a rent of 12 pence payable to Willelm son of Peter de Camera and a rent of 1 penny payable to Gilebert himself.

De cantoria (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Gilebertus filius Eustachii dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, deo et monachis sancti Andree de Rofa, quandam terram habentem xx^{ti} et ii pedes in longum, et x^{cem} et vii^{tem} in latum, sub muro cimiterii predictorum monachorum iuxta terram Willelmi Kebbel uersus orientem, habendam et tenendam libere et quiete et honorifice, reddendo inde annuatim xii^{cim} denarios Willelmo filio Petri de Camera, sicut ego predictus Gilebertus filius Eustachii reddere solebam, ad iiii^{or} anni terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis iii d', ad Natale domini iii d', ad Pascha iii d', ad natiuitatem sancti Iohannis baptiste iii d', et michi predicto Gileberto i denarium in die sancti Michaelis, pro omni seruitio. Et ego predictus Gilebertus filius Eustachii et heredes mei warantizabimus deo et predictis predictam terram contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac autem dimissione et concessione et presentis carte confirmatione, dederunt michi predicti monachi ix^{uem} solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Iohanne capellano, /a ...

Domitian, fo. 198v (scribe V); Thorpe 1769, p. 533

/a et c'

Date: c. 1220

Willelm Kebbel grants to the monks the half house-site which he bought from Geldewin butcher, for a rent of 12 pence payable to Geldewin and a rent of 1 penny payable to Willelm himself.

De cantoria (scribe V)

Sciant presentes et futuri, quod ego Willelmus Kebbel dimisi et concessi et hac carta mea confirmaui, deo et monachis sancti Andree de Rofa, dimidium masagium cum domo quod emi a Geldewino mascellario per redditum annum xii^{cim} denariorum pro omni

seruitio. Hoc igitur dimidium masagium cum domo dimitto et quietum clamo predictis monachis in perpetuum, ut habeant et possideant libere et quiete et honorifice, reddendo inde ut ego solebam predicto Geldewino xii denarios ad iiii^{or} anni terminos, et michi Willelmo Kebbel i denarium in die sancti Michaelis, pro omni seruitio. Et predictus Geldewinus et heredes sui defendent predictum dimidium masagium uersus legitimos heredes, scilicet Radulfum Buhurt et heredes eius, et ego et heredes mei warantizabimus predictum dimidium masagium predictis monachis contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac autem dimissione et warantizatione et carte mee confirmatione, dederunt michi predicti monachi x solidos sterlingorum. Hiis testibus, ...

Domitian, fos. 198v-9r (scribe V); Thorpe 1769, p. 534

Date: c. 1220

For the other half of Buhurt's land see doc. 40.

44

An agreement between bishop Benedict and the prior and convent of Rochester. The prior and convent have been accustomed to receive each year a seam of eels (or the cash equivalent) from the bishop's men of Freckenham and half a mark from Robert son of Willelm of Isleham. These are to be paid to the bishop from now on. In exchange, the bishop remits the mark previously paid to him from Haddenham by the sacrist, and the rents totalling 10 shillings 4 pence previously paid to him by the monks for the lands they hold from the bishop in Rochester and its suburb and Borstal; he also grants to the prior and convent rents totalling 10 shillings to be paid to them from several house-sites situated between Eastgate and the property of Henric son of Pagan and from one house-site on the south side of the city.

De excambio anguillarum (scribe V, rubric)

Hec est conuentio facta inter dominum B(enedictum) episcopum Roffensem et priorem et conuentum Rofensis ecclesie, uidelicet, quod cum predicti prior et conuentus percipere /a consueuerint annuatim de quibusdam piscariis summam anguillarum uel earum compensationem per manum hominum eiusdem episcopi de Fracheham, et dimidiam marcam annuam de Roberto filio Willelmi et predecessoribus eius de Yselham, predictus episcopus, pro predictis anguillis et predicta dimidia marca, concessit in excambium predictis priori et conuentui unam marcam annuam quam consueuit predictus episcopus percipere per manum sacriste: de

Hedenham, et decem solidos et quatuor denarios annuos quos consuevit predictus episcopus percipere per manum monachorum de terris quas tenent de eodem episcopo in Rofa et eius suburbio et Borstalle, uidelicet, de terra Hardi: v d', de terra Palmer: v d', de terra Radulfi fabri: iiii d', de terra Gunnore: ii sol', de terra Helie: xvi d', item de alia terra eiusdem Helie: xl d', de terra apud Katindale: xiiii d', de terra Christiani: x d', de terra Warini Proleg: vi d'. Concessit etiam predictus episcopus nomine predicti excambii sepe nominatis priori et conuentui: decem solidos redditus percipiendos annuatim de terris subscriptis, scilicet, de dimidio masagio Rogeri textoris: v d', de uno /b masagio et dimidio Ade Poteman quod fuit Duilin: xv d', de masagio Stephani Pinel: x d', de masagio Willelmi de la Dene: x d', et de Roberto Durant: x d', et de masagio Thome Roce: x d', et de masagio Matildis filie /c Kenewardi: x d', et de masagio Gileberti Bouer: x d', de masagio Martini Kul: x d', de masagio Willelmi Bal: x d', de masagio Roberti Braceur: x d', que predicta masagia: iacent inter portam ciuitatis Rofe orientalem: et mesagium Henrici filii Pagani, et a parte australi de mesagio Eustacii filii Reineri: x d'. Percipient etiam predicti prior et conuentus quicquid predictus episcopus uel predecessores sui percipere consueuerunt de predictis mesagiis et hominibus in illis commanentibus. Hec autem conuentio non personalis: sed perpetua facta est, inter prenomatos episcopum ex una parte, priorem et conuentum ex altera. Que ut firma et stabilis permaneat in perpetuum: scriptum presens factum est in modum cyrographi, ita quod sigillum episcopi appensum est: in illa parte cyrographi que remanet prefatis priori et conuentui, sigillum uero prioris et conuentus in altera parte cyrographi: que remanet sepe nominato episcopo. Hiis testibus, magistris Roberto de Burtona, Willelmo de Trepelowe, /d [et Ricardo de Wendene, et Henrico de Reyndone, Stephano Banastre, Bartholomeo de Wridelintone, Roberto de Ponte Tegule, clericis, et multis aliis.] Actum apud Hallinges: anno gratie mccxxii, pontificatus predicti episcopi anno viii^{vo}.

Domitian, fos. 199v–200v (scribe V), presumably from the monks' portion of the cyrograph; DRb/Ar2, Registrum temporalium, fo. 48v (c. 1320), presumably from the bishop's portion; DRb/Ar1/17, fos. 58v–9r, from Reg. temp., and fo. 81v, from a lost cartulary (s. xvii); Thorpe 1769, pp. 55–6, from Reg. temp.

/a consue(ue)rint D /b ma(sa)gio D /c Ke(ne)wardi D
/d et cetera D, omitting the other names

Date: March 1222 × February 1223

I print the five names omitted from Domitian as they were printed by Thorpe; they ought to be checked against Reg. temp., but I have not had an opportunity to do that.

Presumably the 'year of grace' would begin on 25 March; since Benedict was consecrated on 22 February 1215 (Vespasian, fo. 32v), his eighth year would end in February 1223.

The sum that was paid to the cellarer, before this agreement took effect, in lieu of the eels from Freckenham, was 27 shillings (Vespasian, fo. 97v); so the exchange was perfectly balanced.

45

Henric de Cobbeham grants to the monks (1) rents amounting to 20 shillings to be paid to them by the heirs of Peter de Camera for the land which was Robert Cok's in Cheldegate Lane, (2) 2 shillings to be paid to them by Godefrid cook for a house-site in Rochester at Doddingherne, next to the sacrist's land towards the east, and (3) rents amounting to 8 shillings to be paid to them by Walter Dereman for the land which was Johan mason's. After his death, on his anniversary each year, the monks are to distribute 20 shillings' worth of bread to the poor, and to provide supplies for their refectory to the value of 10 shillings; while he lives, they are to do the same on the Assumption of Saint Mary (15 August).

De anniuersario Henrici de Cobeham (scribe V, rubric)

Sciant presentes et futuri, quod ego Henricus de Cobbeham dedi, concessi et dimisi et hac presenti carta mea confirmaui, deo et ecclesie beati Andree Roffens' et monachis ibidem deo seruientibus, in puram et perpetuam elemosinam, uiginti solidatas redditus percipiendas de heredibus Petri de Camera singulis annis in perpetuum de terra que fuit Roberti Cok in Cheldegatelane, que habet a uico qui dicitur Cheldegatelane uersus occidentem centum et quinquaginta duos pedes in longitudine, et a muro ciuitatis uersus forum centum et sexdecim pedes in latitudine, cum omni iure et cum omni utilitate, scilicet in releuiis et excaetis, et cum omni commodo quod ad me uel heredes meos aliquo modo pertinere posset, et duos solidos singulis annis percipiendos in perpetuum de Godefrido coco et suis heredibus, de quodam mesagio in Rofa ad Doddingherne, quod est proximum terre secrestani apud orientem, et habet in longitudine quinquaginta duos pedes, et in latitudine octodecim pedes, et octo solidatas redditus singulis annis /a percipiendos

in perpetuum de Waltero Dereman et /b heredibus suis de mesagio quod fuit Iohannis cementarii, quod habet a strata regia uersus murum ciuitatis in longitudine centum et decem pedes, et in fronte uersus stratam regiam uiginti et nouem pedes in latitudine, et in capite a parte aquilonali in latitudine quadraginta et duos pedes. Hec omnia predicta ego predictus Henricus concessi et dedi et confirmaui predictis monachis in puram et perpetuam elemosinam, cum omni iure et utilitate, et cum omni commodo quod inde aliquo tempore et aliquo modo prouenire poterit, sicut ego unquam habui melius uel habere potui, uel heredes mei, sine aliquo retinemento michi uel heredibus meis, uel sine aliqua reclamacione, libere, integre, quiete, pacifice et finabiliter. Hanc autem donacionem, concessionem, dimissionem et confirmacionem ego predictus Henricus et heredes mei warantizabimus predictis monachis /c in perpetuum contra omnes gentes. Et sciendum, quod ego predictus Henricus liberalitatem hanc eis feci, quia ipsi predicti monachi benigne se obligauerunt ad distribuendum singulis annis post mortem meam in anniuersario meo uiginti solidatas panis pauperibus, et ad ministrandum sibi in refectorio suo ad ualenciam decem solidorum. Et dum uixero hec predicta facient pro me, et pro predecessoribus meis, et pro anima uxoris mee Alicie, et pro liberis nostris, in die assumpcionis beate uirginis Marie. Hiis testibus, domino /d Benedicto /e Roff' episcopo, Hugone de /f Windesore uicecomite /g Kancie, /h Willelmo de Cireton', Roberto de Sancto Claro, Simone de Beresse, Henrico de Grene, Willelmo Potin, Benedicto clerico, Iohanne anglico, Helya mercatore, Ricardo de Baillel, Ricardo Eilnoth, Roberto Melksop', Roberto Durant', Ricardo Perewold, Toma Sparwe, et multis aliis.

Original, DRc/T278; Domitian, fo. 202r-v (scribe V); Thorpe 1769, p. 540, from the original, and p. 531, from Domitian

/a so both /b her(e)dibus D /c ...erpetuum O damaged
/d B. D /e Roff' om. D /f Windlesore D /g de Kent
D /h et c' D, omitting the rest

Date: c. 1220

Endorsements: Anniuersarium Henrici de Cobeham (scribe V); De triginta solidat' reddit'. / Roff'. / De elemosinar' (s. xiii).

Benedict was bishop from 1215 till 1226; Hugo of Windsor served as deputy sheriff (under Hubert de Burgo) from 1217 till 1223. This transaction seems to have been occasioned by the death of

Henric's wife, Alicia; Henric himself died in 1232 (below, note to doc. 49).

46

Thomas son of Johan Roce grants to the monks, chiefly to maintain the lights of Saint Mary's altar, a rent of 12 pence which is paid to him by the vicar of the altar of Saint Nicholas, for a house-site in the northern part of the city towards Eastgate.

De altari sancte Marie (scribe V, rubric)

Sciant presentes et futuri, quod ego Thomas filius Iohannis Roce dimisi dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, deo et ecclesie beati Andree apostoli Roffensis et monachis ibidem deo seruiantibus, et precipue ad luminaria altaris beate Marie sustinenda, in puram et perpetuam elemosinam, redditum xii denariorum, pro anima patris mei et matris mee et antecessorum et successorum meorum, reddendum per manum meam et heredum meorum ad duos terminos, scilicet ad annuntiationem sancte Marie vi d' et ad natiuitatem eiusdem beate uirginis vi d', sine aliquo retinemento michi uel heredibus meis. Quem redditum consueuit michi reddere uicarius altaris sancti Nicholai, quicumque ille sit, de quodam masagio quod iacet in aquilonali parte uersus Eastgate. Et ego Thomas et heredes mei defendemus predictum redditum contra dominos feodi. Et sciendum, quod ego predictus Thomas et heredes mei warantizabimus predictum redditum xii denariorum ut puram et perpetuam elemosinam contra omnes /a homines et omnes feminas. Ut autem hec dimissio et donatio et concessio et carte mee confirmatio firma sit et stabilis in perpetuum: presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma capellano, /b ...

Domitian, fos. 202v-3r (scribe V); Thorpe 1769, p. 538

/a homines inserted /b et cetera

Date: c. 1220-5

Apparently this is the house which remained the vicarage until the nineteenth century. It was one of the strip of buildings demolished when Theobald Square was laid out; but the vicar had moved out some time before, to a house on Boley Hill (Wheatley 1929, pp. 138-9).

47

Stephan de Ponte, Margaret's son, grants to the monks his land in the city of Rochester, situated between the land of Johan de Dunlega towards the west and the land of Alexander cook's sons towards the east, next to the sidestreet leading to the castle, saving the rent due to the king, and saving a rent of 1 penny which he has reserved for himself.

De terra que fuit Stephani de Ponte (scribe V, rubric)

Sciant presentes et futuri, quod ego Stephanus de Ponte filius Margarete dedi et concessi et quietum clamaui et hac presenti carta mea confirmaui, priori et conuentui ecclesie beati Andree apostoli Rofen', terram meam cum domibus et pertinentiis quam habui et tenui in ciuitate Rofe, que iacet inter terram Iohannis de Dunlega quam tenet de Willelmo de Lamualai uersus occidentem et terram filiorum Alexandri coci uersus orientem iuxta uenellam qua itur in castellum, extendens se a uico regio usque ad fossatum regis, habendam et tenendam dictis priori et conuentui de me et heredibus meis, libere, quiete, bene et in pace, integre et /a finabiliter: cum omni iure et utilitate quod inde aliquo tempore uel aliquo modo poterit prouenire, sicut ego unquam melius habui uel habere potui, uel heredes mei, saluo seruitio domini regis, et saluo scilicet i denario sterlingo quem reseruau mihi et heredibus meis, reddendo annuatim ab eisdem monachis et eorum successoribus uel eorum attornatis ad festum sancti Michaelis, pro omnibus rebus et omni terrena exactione. Et sciendum est quod ego /b predictus Stephanus resignaui predictis monachis cartam quam habui de illis de predicta terra in signum plenarii iuris et possessionis perpetue, sine aliquo retinemento michi uel heredibus meis, excepto predicto denario. Et hanc predictam terram cum domibus et omnibus pertinentiis suis, ego predictus Stephanus et heredes mei dictis priori et conuentui contra omnes homines et feminas in perpetuum debemus warantizare. Hanc autem donationem et concessionem et quietam clamationem et presentis carte mee confirmationem et warantizationem, feci predictis monachis sicut predictum est, pro deo et /c pro salute anime mee et uxoris mee et filii nostri Stephani, et pro animabus omnium predecessorum nostrorum, et quia predicti monachi in necessitate nostra urgentissima michi et uxori mee uite necessaria administrauerunt, secundum quod continetur in carta monachorum quam inde nobis composuerunt. Hiis testibus, Hugone de /d Windlehores tunc uicecomite, /e ...

Domitian, fo. 203r-v (scribe V); Thorpe 1769, p. 539

/a finabili' /b predictus inserted /c pro inserted
d/ so /e et c'

Date: c. 1220-5

48

A charter of Eustachius son of Reiner concerning a piece of land by Saint William's gate, noted in the cartulary as follows:

/a Carta Eustachii filii Reineri de terra uiginti et octo pedum in longum ad portam sancti Willelmi.

Domitian, fo. 204v (scribe V)

/a ()arta

49

Eustachius son of Reiner grants to the monks a piece of land alongside the cemetery, 68 feet in length measured eastward from the great stone house which belongs to Godefrid cook, for a rent of 10 shillings to be paid to him by the sacrist.

Sciant presentes et futuri, quod ego Eustachius filius Reineri dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui, Ricardo priori et conuentui ecclesie beati Andree Roffens', quamdam partem terre mee que iacet in longum cimiterii iuxta uicum regium, que habet a magna domo lapidea que est Godefridi coci in longitudine uersus orientem: sexaginta et octo pedes, cum latitudine sua a uico regio usque ad cimiterium beati Andree, habendam et tenendam sibi et successoribus suis in perpetuum de me et de heredibus meis, libere, quiete, bene et in pace, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis uel meis assignatis: decem solidos sterlingorum ad quatuor terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis: triginta denar', et ad Natale domini: triginta denar', et ad Pascha: triginta denar', et ad natiuitatem sancti Iohannis baptiste: triginta denar', per manum sacriste eiusdem ecclesie, pro omnibus seruiciis, rebus, consuetudinibus, et pro omni terrena exactione. Et ego predictus Eustachius et heredes uel assignati mei warrantizabimus predictam terram predictis monachis contra omnes gentes in perpetuum. Pro hac autem concessione, dimissione, warrantizatione, et presentis carte mee confirmatione: dederunt michi predicti monachi: triginta solidos in gersumam, de optimis sterlingis. Hiis testibus, Henrico de Kobbeham, Willelmo Potin,

Benedicto clerico, Helya mercatore, Iohanne anglico, Roberto Melksop, Godefrido coco, Roberto, Gregorio uunitario, Roberto Durant, Toma Roce, Ricardo Perewold, Henrico ianitore, Ricardo de Baillel, et multis aliis.

Original, DRc/T289

Date: 1225×32

Endorsements: De terra ad portam sancti Willelmi (s. xiii) quam W. de Hou emit et inedificauit (s. xiii); Eustachius filius Reineri de quadam terra sexaginta et octo pedum (s. xiii)

Prior Ricard was elected in May 1225 (Vespasian, fo. 33v). (The prior who succeeded him, elected in 1239, was sacrist Willelm of Hoo, mentioned in one of the endorsements here.) Henric de Cobeham seems to have died towards the end of 1232: he was still alive (or believed to be so) in September that year, but had been dead for some time by January 1233 (Close rolls 1231-4, pp. 156, 183).

Strood hospital

50

Radulf son of Theodoric of Strood grants to the hospital of Saint Mary of Strood a house-site in the town of Rochester next to Saint Clement's church towards the west.

Sciunt tam presentes quam futuri quod ego Radulfus filius Theodorici de Strod' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui domui hospitali sancte Marie de Strod' unum masagium cum omnibus pertinentiis suis in uilla Rofensi, uidelicet masagium proximum ecclesie sancti Clementis uersus occidentem, habendum et tenendum in perpetuum, libere, pacifice, et quiete, reddendo inde michi et heredibus meis annuatim tres denarios ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio et pro omnibus rebus que ad me uel ad heredes meos pertineant, et faciendo seruicium quod masagium illud debet capitali domino fundi, scilicet /a sededim denarios per annum. Et ego et heredes mei warantizabimus predicto hospitali predictum masagium cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines et omnes feminas. Et pro hac donatione et concessione et confirmatione et warantizatione prior memorati hospitalis dedit michi triginta solidos sterlingorum. Testibus his, domino Gilberto Rofensi episcopo, magistro Elia senescallo, magistro Egidio, magistro Rogero de

/b Burendis, Hugone senescallo Rofensi, Iohanne filio Rosci, Roberto filio Eilrici, Rogero de Fauersham, Radulfo de la Rede, Anfrido tinctore, Thoma aurifabro, Willelmo filio Rogeri, Thoma fabro de Strod', Serlone Gernun, Rogero fratre suo, Philippo de /c Wurmedel', et multis aliis.

Original, Lambeth Palace Library, Cart. Misc. X. 3

/a so /b so /c Wu(r)medel' altered

Date: c. 1200-10

Endorsement: Roff' (s. xv).

Combwell priory

51

Johan de Saint Johan confirms the donation made to the canons of Combwell by Thomas de Nessendene.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Sancto Iohanne gratam et ratam habeo donationem quam Thomas de Nessendene intuitu dei dedit deo et ecclesie beate Marie Magdalene de Cumbewelle et canonicis ibidem deo seruiantibus in liberam puram et perpetuam elemosinam scilicet terras que expressim continentur in carta iam dicti Thome de Nessendene cum hominibus qui eas tenent aut in perpetuum tenebunt, et cum omnibus redditibus et omnibus consuetudinibus et omnibus utilitatibus que aliquo modo vel aliquo tempore inde provenire poterunt. Et sciendum est quod ego Robertus quietum clamavi in perpetuum pro me et omnibus successoribus meis omne ius quod habui uel habere potui in predictis terris et hominibus et consuetudinibus et omnibus utilitatibus de illis aliquando prouenientibus. Et ego Robertus et heredes mei warrantizabimus prefate ecclesie de Cumbewelle in perpetuum omnia predicta libera et absoluta ab omni seculari seruitio contra omnes homines et feminas, saluo seruitio domini regis. Et ut hec mea concessio et huius carte mee confirmatio in perpetuum perseuerent: presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Hugone pincerna tunc constabulario Roffen', Willelmo Potin, Helia mercatore, Iohanne Anglico, Ricardo Bailel, Stephano Pinel, Roberto Stache de Wldeham, Iohanne clerico de Borstalle, Waltero Hod, Waltero de Rifford, Godefrido coco, Ricardo Perwold, et multis aliis.

College of Arms, Combwell Charters 92; Faussett 1866, pp. 208–9 (shortened)

Date: c. 1220–5

Thomas de Nessendene was still alive in 1219 (Pipe roll 3 Henry III, p. 150) but was hanged for homicide a year or two after that. Johan de Saint Johan was in possession by 1221 (Pipe roll 5 Henry III, p. 205). He died in 1229 (Close rolls 1227–31, p. 270).

For the details of this donation, Johan refers to Thomas's charter, which does not survive. But the witnesses' names go to prove that the land was in Rochester.

Cobham Hall

52

Extracts from a charter of king Johan for Henric de Cobeham, confirming his tenure of numerous pieces of property (including some in Rochester) granted to him by their previous owners.

Confirmatio Henr' de Cobeham.

J. dei gratia /a [rex Anglie dominus Hybernie dux Normannie et Aquitanie comes Andegavie archiepiscopis episcopis abbatibus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem.] Sciatis nos concessisse et presenti carta nostra confirmasse Henrico de Cobeham omnia tenementa subscripta, scilicet [16] ex concessione Rob' Koc, totum mesagium quod fuit magistri /b Haym' in urbe Roff' quod jacet in Chaldegate, et totum mesagium quod Wuluricus Savare tenuit, et mesagium quod Thom' Ursus tenuit, et duas acras terre quas magister /b Haym' tenuit; [17] ex dimissione et concessione Rad' filii /c Vinath, capitale mesagium quod fuit /c Vinath patris sui in Roff', et duo mesagia que Constantinus et Willelmus Ruffus tenuerunt de eo in Roff', et mesagium quod Umfridus tenuit, et mesagium quod prior de Strodes tenuit, et mesagium quod Alanus Carpentarius tenuit, et mesagium quod Johannes de Dunleg' tenuit, et mesagium quod Malettus carnifex tenuit, cum omnibus pertinentiis eorum et homagiis et omnibus servitiis que tenentes predictorum mesagiorum eidem Rad' fecerunt, sine ullo retinemento; [27] ex dimissione et concessione Jacob' filii Willelmi Turc, terram ipsius in Roffa; Hec omnia suprascripta tenementa

cum omnibus pertinentiis suis predicto Henrico de Cobeham et heredibus suis concessimus et confirmavimus, sicut carte predictorum donatorum et confirmatorum quas inde /d habent rationabiliter testantur. Quare volo et firmiter precipio quod idem Henricus et heredes sui habeant et teneant omnia prenominata tenementa cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum, bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, in bosco et plano, in viis et semitis, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in moris et mariscis, et in omnibus aliis locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad tenementa illa pertinentibus, sicut supradictum est. Testibus domino P. Wint' episcopo, G. fil' Petri comite Essex', S. de Quency comite Wint', A. de Ver comite Oxon', W. Briw', War' fil' Ger', Willelmo de Cantilup', S. de Patesh', Jacobo de Pot', Gaufrido Lutterell'. Dat' per manum H. de Well' archidiaconi Well', apud Lameh', xviii die Maii, anno regni nostri decimo.

Hardy 1837, pp. 178–9, from charter roll 10 John, C 53/9, m. 5; Nichols 1841, pp. 348–50, from a shortened transcript of the original made by Robert Glover in 1574

/a supplied from nichols /b Haym in the main text, Haym' in the index /c Vivath nichols /d so

Date: Lambeth 18 May 1208

Glover's transcript ends with the note: Huic Cartae appendebat sigillum magnum dicti regis Johannis in viridi cera, cum appendiciis ex serico coloris item viridi[s].

The following transactions are not mentioned in this charter; so presumably they are all later.

53

Bartholomeus and Mattheus, smiths and cutlers, sons of Wulfwin smith of Strood, grant to Henric de Cobbeham, son of Serlo de Cobbeham, certain rents amounting to 38 pence, in return for a rent of 2 pence payable to them at Strood.

Sciant presentes et futuri, quod ego Bartholomeus et ego Mattheus fabri cultellarii filii Wlfwini fabri de Strode dedimus et concessimus et presenti carta nostra confirmauimus Henrico de Cobbeham filio Serlonis de Cobbeham /a et heredibus suis triginta et octo denarios redditus nostri, cum omnibus utilitatibus inde surg bus ... mnibus casibus, unde

Amfridus tincturarius nobis annuatim reddere solebat xiiii denarios, scilicet in die incarnationis Pentecostes apud Strode, de tribus acris terre Itherdene, et Adam pelliparius xii denarios ad predict acris terre Itherdene, et Sefader Sefare atter Strehende x d' ad predictum terminum terre et dimidia apud /b Sorere, et Godwinus filius Osberni de Culinge ii d' ad sepe [dictum] t[erminum] quodam mesagio in Strode quod iacet iuxta fabricam, tenendos et habendos iure hereditario in perpetuum de nobis et heredibus nostris, reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris, scilicet ad predictum terminum apud Strode, duos denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus et demandis temporalibus. Et ego Bartholomeus et ego Mattheus et heredes nostri garantizabimus totum predictum redditum cum omnibus utilitatibus inde surgentibus in omnibus casibus predicto Henrico et heredibus suis contra omnes homines et omnes feminas per predictum seruicium. Pro hac autem confirmatione nostra ad stabilitatem eius perpetuam appositis sigillis nostris fi munita dedit nobis predictus Henricus uiginti quatuor solidos sterlingorum in gersumam. Hiis testibus, Iohanne filio Roce, Willelmo, Radulpho Coiteman, Duket de Strode, Prekelinger, /c Waltero nauta, Iohanne de Hacke, Iacobo de Porta, Hugone de Dudintone, Thoma de Dene, Malgerio clerico, Roberto clerico, Iohanne de Chilingeham, et multis aliis.

Larking 1859, pp. 226-7, from the original

/a see below /b marked as doubtful /c Waltero, Nauta

Date: probably c. 1210-30

Endorsement: Strodes.

Larking has this note: "After 'Cobeham' three letters are gone; part of the last of them remains, it is apparently the top of the letter l, and the missing letters may have been "mil," for kt., but this must be taken only as conjecture."

54

Helto son of Gudred Creac of Rochester grants to Henric de Cobbehame all his inheritance in the hundred of Rochester, inside and outside the walls of the city.

Sciunt presentes et futuri quod /a Helte filius Gudredi Creac de Rofa dimisi et concessi et quietum clamavi et hac mea presenti carta confirmavi Henrico de Cobbehame omne meum ius et

hereditatem meam quam habui in hundredo de Rofa et habui vel habere potui vel aliquo modo mihi contingere poterit infra muros civitatis Roffe et extra sine omni retenemento, scilicet illud mesuagium quod Wimarca soror mea tenuit de me infra muros civitatis cum totum iure quod in illo habui, et aliud mesuagium quod Gilebertus filius Willelmi Unwine tenuit de me in eadem civitate per servicium duorum solidorum per annum, et aliud mesuagium quod Willelmus textor tenuit de me extra civitatem in Crauelane per servicium duorum solidorum per annum, et octo denariatos de /b reditu quos Iohannes et Willelmus filii Alexandri mihi reddebant per annum de quadam domo que est super murum civitatis, et totam terram quam Alexander Ginnur tenuit de me extra murum civitatis per servicium duodecim denariorum que vocatur terra de Chapmanegilde, et totam terram quam Rogerus de Bardingelege tenuit de me extra murum civitatis que vocatur terra de Chapmanegilde, habendum et tenendum sibi et heredibus suis in feodo te in perpetuum, solutum et quietum pro me et pro heredibus meis, ita quod ego nec heredes mei de cetero de predicto iure et hereditate aliquid poterunt vendicare. Predictus vero Henricus et heredes sui defendent totam hereditatem predictam et totum ius predictum versus dominos feodorum de omnibus que pertinent ad illud. Ego vero Helte et heredes mei warrantizabimus predicto Henrico et heredibus suis totum ius et hereditatem predictam contra omnes homines et feminas. Pro hac dimissione et concessione et quieta clamacione et presentis carte mee confirmacione sepe dictus Henricus dedit marcas. Hiis testibus, Roberto de Sancto Claro, Simone de Berherse, Waltero filio Ricardi de Cobeham, Roberto Willelmo Potin Waltero Hod Elya mercatore.

Larking 1859, pp. 228–9, from the original

/a supply ego Helte /b so larking

Date: probably c. 1210–30

Around 1220, Henric was paying the sacrist a rent of 6 pence for another piece of land somewhere here, 'outside the wall, next to the merchants' guild' (Vespasian, fo. 94v).

55

Alan shipwright sells to Henric de Cobbeham two rents outside Chealdegate, twenty pence from Alexander Midnight and ten pence from Helias cobbler.

Sciant presentes et futuri quod ego Alanus Scipwerchte vendidi Henrico de Cobbeham duos solidatos et dimidium redditus extra Chealdegate pro sexdecim solidis sterlingorum, de quo redditu Alexander Midnicth reddet predicto Henrico de Cobbeham vel heredibus suis viginti denarios per annum, et Helyas sutor decem denarios similiter per annum, et heredes eorum, habendos et tenendos sibi et heredibus suis de me et de heredibus meis, libere /a iure et in pace, ita quod nec ego predictus Alanus nec aliquis heredum meorum versus predictum Henricum de Cobbeham vel heredes suos de prefata venditione nichil iuris calumpniare poterimus. Et ego predictus Alanus et heredes mei predicto Henrico vel heredibus suis prefatam venditionem warantizare debemus contra omnes homines et omnes feminas. Hiis testibus, Iohanne filio Rocii, Willelmo Potin, Petro de Thalamo, Durante Wisdom, Humfrido vinitore, Geldewino macecario, Alexandro coco, Adam mercatore, Yvone portario, magistro Euerardo, Henrico portario, Helie Grangier, et multis aliis.

Larking 1859, pp. 229–30, from the original

/a so larking, presumably for integre

Date: probably c. 1210–30

This charter was tied up with doc. 54. Larking quotes the words Roffa and Schipwerchte from the endorsement.